nis. positū in medio vt eum transfundat ad omia alia membra. ℟ Sic doctor & predicator dignū habz statū. cui⁹ frugē melioris vite nō potest quis habere q̄s p̄dicare & regere populū dei. extra de renūcia. nisi cū p̄sidē. Est em̄ quasi mediator dei & homis. & ideo infusaz sibi scientiā siue p studiū acq̄sitam sincera charitate ad alia mēbra transfundere debet. quia in hoc exercet officium angelorū supreme ierarchie quoz interest inferiores angelos purgare & illuminare de secretis & occultis dei. ex magistro. ij. sentē. di. p. Sed diceret quis. nōne ḡlibet ex caritate tenet alterū increpare. informare & docere. Respōdet Alex. in. iij. q̄ docere potest q̄s alterz tripliciter. scz simpliciter exhortādo. & hoc cōuenit omnib⁹ predicādo solū sacerdotib⁹. cathedrā tenēdo qd̄ conuenit solis doctoribus. Sed nunq̄d diaconi etiā possunt p̄dicare. Dico q̄ sic de licētia sacerdotis. aliaſ nō. Hic enaz subdiaconus potest p̄dicare. qz prelationē & curā animaz habere p̄t. vñ predicat rōne prelationis nō rōne ordinis. ℟ Sed nunq̄d predicator tenet facere illud qd̄ predicat asserēdo. Respōdet Alex. q̄ tenet facere quicq̄d asserit faciendum de hijs que ptinent ad necessitatē salutis. nō autem q̄ ptinent ad pfectionē religiōis ad quā nō oēs tenent. Sed nunq̄d peccator predicando peccat. Rñdet idē q̄ aliq̄s docet qz tenet ex officio quasi de necessitate. aliquis docet quasi ex volūtate. Itez peccatū aliqd̄ est notoriū aliqd̄ occultū. Dicit ergo q̄ existens in peccato notorio siue p̄dicet ex necessitate officij siue ex volūtate peccat. Illum aūt qui est in peccato occulto dicit peccare cū ex volūtate predicat. & hoc rōne ptemp⁹. nō aūt istū qui predicat ex officio. dum tñ illud faciat cū dei timore & quasi coactus officij necessitate. Similiter aūt p̄m aliquos videt dicendū. q̄ existens in peccato siue occulto siue manifesto docens vel p̄dicans. si nō studeat de peccato dolere simplicit dicit ptemnere. & ideo peccare. ℟ Sed q̄rit. an in aliquo alio loco q̄s in eccl'ia possit quis p̄dicare. Dicendū q̄ rōnabiliter fit in eccl'ia. quia ille loc⁹ ad hoc est magis aptus Et hoc pter tria vt alias habet. Etiā exemplo xp̄i q̄ in tēplo dei docebat. Potest tñ etiam fieri in alio loco honesto siue publico. et nō in puatis domib⁹ ne suspicio hereſis ex h oziat. di. xxx. si quis. Vñ in autē. de eccle. §. si q̄s i sua domo Illa dom⁹ i q̄ p̄uēticula celebrant & occulte predicat publicāda ē. Unde saluator noster docebat publice in mōte di. Math. x. Quō in aure auditis predicate sup tecta. Et cū interrogaret de doctrina ei⁹. respondit. Ego palā locutus sum mūdo & in occulto locutus sum nihil Joh. xviij. Quātum ad expositionē & cōtinuationē euāgelij. beri xp̄s eiecit de tēplo negociatores. hodie corrigit falsos ipocritas & legis preuaricatores. Et sm̄ h̄ tres sunt ptes.

In pma notat iudeoz vitupabilis adm'ratio. ibi. quō hic litteras scit.

In scōa saluatoris laudabilis obuiatio. ibi. Nonne moyses dedit.

In tertia puersoz admirabilis ꝓfutatio. ibi Nolite iudicare sm̄ faciē. ℣

Quantū ad primum

festū de q̄ hic agit fuit festū scenophegie. i. tabernaculoz. scenos em̄ grece vmbra dr. qz tunc iudei ꝓmedebāt in vmbraculis ramorum ad memoriā. xl. annoz in q̄bus fuerūt in deserto in tabernaculis. Quō festū fieri debebat sm̄ dei p̄ceptū Leuit. xxiij. q̄ decima die mēsis septembris p. vij. dies. quoz primus & vltimus solēnes erāt. In medio igit isti⁹ festi. s. q̄rta die dū erant deuotiores ascendit ih̄s in templū. & docebat ibi. Mirabant ergo iudei indignātes. vñ xp̄o tanta inesset sapiētia & intelligentia scripturaz. & q̄ in eius ꝓtemptū dicebāt. estimātes eū esse filiū fabri & puz hoīem. quō hic lr̄as scit cum nō didicerit. ℟ Moraliter p vmbracula illa iudeoz puersoz designari possunt hereticoz p̄uēticula. q̄ solent haberi in locis tenebrosis & occultis in q̄b⁹ seminat zizaniā heretice prauitatis. ꝓtra sanctā eccl'iam. redemptorē nostrū & ei⁹ genitricē matrē misericordie. querūt em̄ tenebras & fugiūt lucem sic noctue. vt coz nepharia opa nō arguant. Terra vt habet. ff. de vē. in pi. l. j. §. si mulier. Tenebre apte sunt ad fabricandū falsū. vñ Joh̄. iij. Qui male agit odit lucē. Omes enim occulte actōes suspecte sunt. extra de offi. ordele. cōsuluit. Hij em̄ heretici a suis nuncupant apl'i. & vt prauitatē eoz occultent & simplices seducant sanctitatē simulāt. veniūt in vestimētis ouiū. lutosis pedib⁹. vt veri imitatores apl'oz. sed vt lupi rapaces oues rapiunt & seducūt. Hā agricola celestis volēs ex

bonis hominibꝫ horreũ celeste replere triticum bonũ seminauit in sanctã ecclesiã. scz humilitatẽ. castitatẽ. paupertatẽ. Sed inimicꝰ homo aduersarius dyabolus homis. attendens spoliationẽ iferni. vt deũ in semie suo impediret. ⁊ infernale horreũ. impleret sug seminauit zizaniã. contra humilitatẽ superbiam. contra paupertatẽ auariciã. ⁊ cõtra castitatẽ luxuriã. ÷ ¶ Ex quibꝫ omnibus prauitas in celo. in paradiso ⁊ in terra pullulauit ⁊ omnis heresis. Nam ex supbia orta est falsa expositio dictoꝝ. Ex auaricia reprobatio iniqua sacramẽtoꝝ. Ex luxuria assecutio puersoꝝ. Primo nãq; ex supbia orta est heresis multoꝝ. qui vt viderenꝯ ab hominibꝫ conati sunt dicta sancti euãgelijꝫ sanctoꝝ patrũ falsis expositionibꝫ declarare. sic Nestoriꝰ arrius ⁊ wigleff. busso. et ꝯplures alij. q̃ veritatẽ radẽtes p eoꝝ puersa dogmata simplices seduxerũt. Ista heresis vt pch/ dolor in cordibꝫ multoꝝ adhuc latet. q̃ nec dictis sctõꝝ doctoꝝ nec ecclie sancte ꝓbent firmũ assensum. imo qz timore pene nõ audẽt palare publice. occulte aures simpliciũ demulcẽt ⁊ eoꝝ mẽtes seducũt. Quos reprehendit apls. j. Thi. vj. Si q̃s aliter docet et nõ acq̃escit sanis ꝯmonibꝫ dñi nostri ihũ xpi ⁊ ei q̃ ꝯm pietatẽ est doctrine supbus est nichil sciẽs. De qbꝫ etiã Leo papa scribit. vt hꝫ xpiij. q. ij. qd aũt. Quid aũt iniquꝰ est q̃ impia sapere ⁊ sapientioribꝫ doctrinis nõ credere. Sed in hãc insipientiã cadũt q̃ cũ ad cognoscendã veritatẽ aliq̃ impediunt obscuro. nõ ad ꝓpheticas voces. nec apl'icas lr̃as. nec ad euãgelicas auctoritates. sz ad semetipos recurrũt. ⁊ iõ mgr̃i erroris exist̃ũt q̃ veritatẽ discipuli nõ fuerũt. ÷ ¶ Cõtra hãc hereticã prauitatẽ dz hõ simplex ⁊ plana scriptura ꝓtẽtari. nec pfunda ⁊ alta q̃rere. sic faciũt ex supbia q̃dam acuti spũs qbꝫ nullus pdicator sufficit subtilia predicare. hij q̃runt altissima ⁊ ignorãt ima. Et iõ ñ mirũ ꝙ sũt magne intelligẽtie ⁊ pue ꝓscie. statũ habẽt altũ ⁊ pfundissimũ casum. q̃nto eĩ altius scandũt tãto piculosiꝰ ⁊ dãnabiliꝰ cadũt. Quare apls Ro. xj. admonet di. Noli alta sapere sz time. Dicũt nutrices. ⁊ sic ẽ. ꝙ cum puluꝰ claritati solis nimiũ exponit vel ignis. ꝓpter excessuz lumis luscꝰ efficit aut cecꝰ. qz. ij. de aia Excellẽs sensibile destruit sensum. Sic lai/ci vtriusq; sexꝰ ex nimia curiositate inuestigã diarehana diuia ⁊ subtilia incidũt i hereses ⁊ cecitates mẽtales. cũ illa excedãt intelligẽtiã illr̃atoꝝ. Ad hoc designãdũ diuinꝰ apls raptꝰ ad tertiũ celũ. i. sanctã triniratem vidit ibi archana q̃ ñ licebãt hoĩ loqui. Exemplũ figurat Geñ. xi. in illis q̃ volebãt turrim edificare vsq; in celũ. sz in imo ꝓfusi sunt. ⁊ ĩ lucifero q̃ elevatꝰ ĩ supbia dixit ĩ corde suo ascẽdam in celũ. q̃ cecidit in pfundum inferni. ⁊ Adam volẽs hẽ scĩam dei electus de padiso acq̃siuit insipiẽtiã iumẽtoꝝ. Quare dicit̃ puerb. xxv. Mel ꝫmede qđ sufficit tibi. ne forte satiatꝰ euomas illud. Et sequit̃. qui a sic qui mel ꝫmedit multũ nõ est ei bonũ. sic qui scrutator est maiestatis oppimet a gl'ia. ÷ ¶ Scõo ex auaricia etiã orit̃ heresis dãnabilis. Hã sicut puluis claros excecat oculos. sic auaricia multos excecauit. mentesq; eoꝝ a veritate ad falsitatem ꝓmutauit. Est nãq; q̃dam secta hereticoꝝ q̃bus omia solẽt esse cõia nõ solũ auꝝ ⁊ argentũ. sed etiã vxores ⁊ filie ⁊c. Hij eĩ q̃s vidẽt paupes ad eorum errores p munera allicĩũt. ꝓmittentes omnibꝫ subuenire. sic̃ sunt Baldenſ. Hij occulte sanctã eccl'iam diffamãt in ꝓuenticul' suis sacramẽta spernũt dicẽtes. ꝓpter auariciã iuẽta a sacerdotibꝫ. Sacerdotibꝫ detrahũt. decimas a xpo in noua lege firmatas. ⁊ a domino deo in lega veteri ĩstitutas eccl'ijs tradere negligũt. ⁊ omia ordinata ad dei honorem ⁊ salutẽ aiarꝫ impediũt ⁊ postponũt De qbꝫ apls. j. Thi. iiij. In nouissimis tẽporibꝫ discedent q̃dam a fide. attẽdentes spiritibꝫ erroris ⁊ doctrinis demoniorꝫ ipocrisi loq̃ntiũ mẽdacia. phibentiũ nubere. abstinere a cibis q̃s deꝰ creauit ad ꝙipiendũ cũ gratiarũ actiõe fidelibꝫ. De qbꝫ etiã habet extra de hereticis. ad abolẽdã. Uniuersos q̃ ó sacramẽto corꝑis ⁊ sangis dñi nr̃i ihu xpi l'de baptismate. seu pctoꝝ ꝓfessiõe. aut ó matrimonio vl' reliq̃s sacramẽtꝫ eccl'iasticꝫ aliter sentire aut docere ñ metuũt q̃s sacrosctã romana eccl'ia pdicat ⁊ obſuat. ⁊ generaliter q̃tiensc̃uq; eadẽ romana eccl'ia l'singl'i epi p dyoceses suas cũ ꝓsilio clericoꝝ hereticos iudicauerit. ꝑpetui anathematꝫ vincl'o inodamus. ℔ Lucꝰ tertiꝰ. Et rõnabil'r anathematizãt q̃ dicũt sacramẽta eccl'ie nil pdesse. nec suffragia defunctꝫ valere ⁊c. falsificãtes doctrinã xpi roboratã ⁊ ꝓfirmatam q̃nq; sigillis ⁊ plagis eiꝰ vñ totã efficaciaz ⁊ virtutem sacramẽta sumpserũt. ÷ ¶ Voluit enim saluator nr̃ ꝯ quẽlibet morbũ sufficiẽtissimũ adhibere remediũ. Est eĩ duplex morbꝰ. s. culpe ⁊ pene. si morbꝰ culpe. aut originalis

aut actualis. ℈ originalē culpā exhibuit baptisma i remediū ℣i āt actualē cl'pa aut venialis aut mortalis. ℈ venialē dedit extremam vnctionē a quā benedictā ⁊ ml'ta alia. si mortalis penitētiā. Jn remediū aūt pene exhibuit ⁊ dedit efficaciā q̄ttuor alijs sacramētis ℈ q̄ttuor penalitates inflictas hoibꝫ ex pctō. q̄ sunt ꝓcupiscētia. infirmitas. ignorātia ⁊ malicia. Cōtra ꝓcupiscentiā est mr̄imoniū. cōtra infirmitatē est cōfirmatio. in q̄ datꝰ spūsctūs ad robur. cōtra ignorātiā ordo. cōtra maliciā eucharistia q̄ est sacramētū charitatis. Hec em̄ sacramēta rōnabilit'a xp̄o ordinata sunt ⁊ a spūsctō inspirata pro omni necessitate homis vt peccata tollāt. ⁊ hoiez ad vitā eternā disponāt. ⁊ nō vt auariciā clericoꝝ nutriāt vt heretici dicūt. ¶ Tertio ex luxuria grādis ꝓcedit heresis quoꝝdam q̄ tracti cōcupiscētia mulieꝝ ꝓuēticula celebrāt. vxores ꝓprias publicant ⁊ filias vt alijs mulieribꝫ cōmisceri possint. Hūj etiam officiū ꝑdicatiōis sibi vsurpāt ⁊ occulte ꝑdicant vt luxuriā ꝓmendēt. ⁊ ꝓtinētes p̄sonas ⁊ ꝓtinentiā vouētes vitupent. q̄s ois sancta catholica eccl'ia excoicat. vt habeā extra de here. cū ex iniūcto. vt sic dr. Licet desideriū intelligēdi scripturas diuinas. ⁊ fm eas studium et hortandi reprehēdendū nō sit ꝫ potꝰ ꝓmendandū. in eo tñ apparēt q̄dā laici merito arguendi q̄ occulta cōuenticula celebrāt officiū ꝑdicationis sibi vsurpāt sacerdotum simplicitatē illudūt ⁊ eoꝝ ꝓfectiū aspernātur q̄ talibꝫ nō inherēt. Deus em̄ lux ℞a q̄ illuminat omnē hoiem venientez in hūc mūm in tantū odit opa tenebraꝝ. vt ap'los suos i mūdū vniuersuz ꝑdicaturos euāgeliū omi create missurꝰ eis ꝑcepit apte dicēs. Quod dico vobis in tenebris dicite i luce. ⁊ q̄ in aure auditis ꝑdicate sup tecta. ¶ Contra hāc heretica prauitatē debet hō se cauere vt talia occulta nō visitet. falsaz doctrinā ꝓtra fidē veritatē manifestā nō attēdat. nec hmōi enormitatibꝫ assentiat. sed reclamet et ꝓdeat. vt p ℞ pena ⁊ maledictiōez eternā euadat. q̄ nō soluz q̄ nouā sectā ⁊ hmōi hereses fingūt sunt heretici censendi ⁊ excōicati. sed etiā q̄ talia assentiūt sunt heretici. xxiiij. q. iij. hereticus. Vñ Cesarꝰ narrat i dyalogo q̄ tpe henrici impatoris cū Lucꝰ papa in verone ciuitate morā fecisset ml'tis tā eccl'iarū ꝑlatis q̄z etiā regni ꝓncipibꝫ ibidē ꝓgregatꝫ. Fuit etiā ibi q̄dā gotscalcꝰ tūc canonicꝰ maioris eccl'ie i colonia. cū fratre suo Eberhardo canonico sancti georgij. q̄z hospes pene singulis noctibꝫ cū vxore ⁊ filia de domo ꝓpria egrediebat. Dō cū eberhardꝰ ꝓsideraſſet secutꝰ illū in domū q̄ndā subterraneā satis amplā. in q̄ ml'tis ex vtroq̄z sexu ꝓgregatis q̄dā heresiarcha ℔monē blasphemie plenū cunctis tacētibꝫ fecit. p quē mores ⁊ vitā illoꝝ instituit. demū extincta cādela vnusq̄sq̄z sibi primā inuasit. nullā hūtes differētiā inter virgines ⁊ viduā. ⁊ dñam ⁊ ancillā. ⁊ q̄ horribilꝰ est sororē ⁊ filiā. Eberhardꝰ ℟ videns vt puto iuuenis vanus ⁊ luxuriosus similās se discipulū hospitis sui filie vel alteri cuilibet puelle in ℔mōe se ꝓiūxit. Cūq̄z ℟ attēptasset bñ ad annū dimidiū. mgr̄ cunctis audiētibꝫ ait. Juuenis iste taz sepe freq̄ntat auditoriū nostrū. cito erit abilis ad docēdū alios. Hoc audito amplꝰ nō intrauit. Qui ℟ narrāte fratri suo gotscalcꝰ canonicꝰ euz arguit q̄re ℟ attēptasset. ⁊ eū hereticū noiauit. Jpe rñdit se hāc ꝓuenticulā nō freq̄ntasse xp̄t hereses sz xp̄t puellas. Talis ē vita hereticoꝝ q̄ xp̄t luxuriā nō solū vxores ⁊ filias publicāt. imo deū blasphemāt ⁊ mr̄em misericordie ⁊ totam eccl'iam opprobriose diffamant. Hūj sūt falsi ꝓphete de q̄bꝫ hortatur Mat. vij. cauere dicēs. Attēdite a falsis prophetis q̄ veniūt ad vos. ⁊c.

Secūda pars in qua

oñdit obuiatio laudabilis nr̄i saluatoris. ibi Hōne moyses dedit vob legē ⁊c. Naz iudei malicia excecati xp̄i opa nolebāt credere eē opa dei sed demoni ascribebāt. q̄z sabbatum violauit sanādo coz infirmos. q̄re dicūt ei. demoniū hēs. s. in cuiꝰ ptāte hec opa facꝫ Lex em̄ dei ꝓcepit custodire sabbatū. Dz xp̄us rñdens reprehēdit eos de legꝫ trāsgressiōe di. Hōne moyses dedit vob legē. s. Exo. xx. Hō occides iustū ⁊ inocentē. ⁊ nemo ex vobis facit legē. ex q̄ queritis me interficere hominē innocēt ē ⁊ iustū. ⁊ ℟ ē signū q̄ estis p̄uaricatores legis. ¶ Moraliter est notandum. q̄ sicut cecus p baculū dirigitur et artista p regulam. sic appetitus noxius homis regulis ⁊ legibꝫ coartāt ⁊ dirigit. q̄re Greg'. ix. in phemio decre. dic. Lex iō pdit vt appetitus noxius sub iuris regl'a limitet ꝑ quam gen' humanū vt honeste viuat alteꝝ ñ ledat ius suuz vnicuiq̄z tribuat informat. Vñ legit. ff. de ori. ⁊ ꝓcessu iuris ciuil'. l. j. q̄ popul'

romanus ꝑmo sine lege sine iure sola ptāte regis gubernabaꝝ. sed postea aucta ciuitate popul⁹ sine lege trāsiens eā rexin tres diuisit ptes. q̄s ptes curias appellauit. q̄ tunc reipublice curā ꝑ sentētias ptiū eaꝝ impēdebat et ita leges q̄sdam ad ꝓpl'm tulit. Iterum cepit pl'us roman⁹ iure incerto magꝭ ꝙ ꝓsuetudine vti q̄ eis ꝑ latā legez ordinata fuerāt vsq; ad. xvij. ānos. sed ne ꝓ diutius fieret placuit publica auctoritate. xvij. cōstitui viros ꝑ q̄s peterēt leges a grecis ciuitatib⁹. z ciuitas fūdaret legib⁹ q̄s i rabulis eburneis. xij. ꝑscriptas ad oculos hoīm posuerūt vt apti⁹ oīb⁹ apparerēt. Dicit apparat⁹ q; añ q̄ ꝓ fieret greci miserūt romā sapientē q̄ndā vt exploraret an digni eēnt romani legibus. q̄ cū romā veniss̄et romani cogitātes q̄d poterat fieri q̄ndā stultū ad disputandū cū greco posuerūt vt si ꝓderet tandē derisio esset. Grecus disputare cepit z eleuauit vnū digitū vnum deū signans. stultus vero credens q; vellet ipm vno oculo cecare z ipe eleuauit duos. z ēt cū eis pollicē sic̄ natural'r euenit. q̄ ceca re eū vellet de vtroq;. Grec⁹ aūt credidit q; trinitatē oñderet. grecus itez manū aptā oñdit vt oñderet oīa nuda deo. stult⁹ aūt timēs maxillam sibi dari. pugnū clausum quasi repercussurus leuauit. grecus intellexit q; deo oīa clauderet palmo. Et sic credēs romāos dignos legib⁹ recessit. z leges fecit hīs sapientib⁹ cedi in ciuitate athenaꝝ z lac demonū. insti. de iure natu. §. tnō elegant. z sic leges a grecis originē habuerūt. sicut z q̄libet scia. vt prisciān⁹ testat in prin. sui tractatus. Ad ꝓpositū nos assil'amur romanis q; ex nobis legez nō habuim⁹. sz a ꝓncipio a grecis. idē. celesti gerarchia a tota trinitate a q̄ oīs scia originē habuit. Prim⁹ hō i creatōe legē q̄lit̄ viuere deberet sumpsit. z p⁹ ꝓ varietatē tpis. vt vitā hō directe a principio ad mediū. de medio ad finē q; est deus dirigeret z regularet. alias z alias leges a deo accepit. q; est ꝓncipiū z mediuz z termin⁹ omnis legislationis. vt dr in aut. de ꝓuile. dotz. col'. viij. Accepit nāq; homo.

In statu innocētie legē rōnis.

In statu negligētie legē timoris.

Nā cū a ꝓncipio de⁹ hoīm regē fecerit z dominū vniuersoꝝ legē sibi indidit rōnis. vñ se z alios regere posset. q̄ lex nature dr. qz inserta est naturalit̄ oīm hoī immutabilit̄ iudeo gētili ex xp̄iano. ꝑ hāc eīm legē hō dz cognitionē z intelligit q̄d bonū q̄d malū. iniuriā nemini inferre. neminē fraudare. a furto abstinere. alieno ꝓiugio insidiari z ꝓsil'ia. q̄ cōcludit in hīs verslib⁹. Nō tibi vis fieri fac et alteri. Et q̄ tibi non nec alteri facias. Per hāc legē obligamur ad omīa moralia z ꝓtutes morales. nec aliqs excusaꝝ. Unde apl'us Gētes q̄ legem scriptā. s. moysi nō hñt. sicut iudei. natural'r faciūt ea q̄ legis sunt discernendo. s. bonū a malo. Et in can̄. di. j. ꝓsuetudo dr. si rōe lex ꝓsistat. lex erit ei omne q̄ ratiōe ꝓstiterit. Hz dz. cū hō ꝑ rōem teneaꝝ z obligeꝝ ad moralia. an soluz moralia hoīem iustificent sine fide Dico q; nō. Heb. xj. Sine fide ip̄ossibile ē deo placere. si ḡ habens oīa moralia nō habens fidez nō est dō acceptus. etiā nō est iustificaꝝ. seq̄ꝝ ex illo q; multi ꝓpter fidez z añ legē z in lege facientes moralia bona sunt saluati. Nō ptz Hebre. xj. vbi pl'es ex eis enūeraꝝ. z eis ibidē dr Ju xta fidē oēs defūcti sūt ñ acceptis repromissionib⁹. vnō Gen̄. xv. dr. z Gal'. iij. Credidit abraham deo z reputatū est ei ad iusticiam. sup quo dicit Nico. de lyra. q; abrahaz ex fide xp̄i venturi iustificaꝝ fuit. Ex q̄bus dictis ptz. q; nō solū hīj q̄ i lege scripta vl' gratie sūt deo placent. sz etiā qui iuxta legem rōis dictā viverūt moralit̄ deo placuerūt. Hz Ideo eā null⁹ trāsgredi dz cōsentiendo legi mēbroꝝ q̄ huic est ꝛria. vñ apl'us Rom̄. vij. Uideo aliā legem i mēbris meis repugnātez legi mentis mee. Iste ei due leges hñt se adinuicem sicut due filie vni⁹. de q̄b⁹ Esop⁹ talem ponit fabulā. q; ꝑ eaꝝ vnā nuptui dedit figulo. alterā ortulano. Nō lōge p⁹ visitādo eas. venit ad illā quā dedit ortulano. q̄rens q̄d ageret. Cui illa rñdit. Pz si deus dederit nobis pluuiā ad irrigādū ortū bñ erit nob. Uenit ad alterā sil'r q̄rens. Cui illa pz si de⁹ dederit siccitatem vt vasa lutea valeam⁹ eticare bñ erit nobis. Et dixit ille hō. Nescio si rogare debeā deū ꝑ pluuia vel pro siccitate. Ad ꝓpositum. ille due filie sunt caro z spūs. q̄ fm apl'm Gal'. v. sibīj nuicē aduersaꝝ. sed caro illa vt filia petit freq̄nter pluuiam. i. delectatōez carnalē q̄ militat aduersus animā Spūs aūt alia filia petit siccitatē. i. tpantiā abstinētiā rōnabilez. sed quia spūs ē nobili or filia z id desiderat q̄ bonū est. desiderio suo satisfaciēdū ē. z ꝺsideriꝰ carnis nō ē cōdescēdendū. Nō iubet vas electiōis Gal'. v.

dicēs. Spiritu ambulate⁊ desideria carnis nō pficietis. Sz q̄uis de⁹ dederit nobis le/ gē dirigentē ad celestia. eā tñ pauci seruant. inclinātes se pot⁹ ad modū asini ad deside/ ria carnis. J¶ Queris q̄ sit illa lex na ture. vl' qñ fuerit homī data. Dico q⁹ lex na/ turalis seu ius naturale inter oīa primatuz obtinet. z dignitate añcellit. vt hz di. v. hec q̄ vt hz ibidē in glo. q⁹ añcedit alia iura origi/ ne. Añcedit q⁹ incepit ab exordio rōnal' cre ature. Jtē dignitate pcellit. q⁹ ꝑ ius nullam patit' īmutatōez. Hā si q̄d est ꝺ̄riū iuri natu/ rali illud incōgruū est. Jtē antecedit ampli tudine. q⁹ iure naturali oīa sunt cōia. sed ꝑ ñ est alio iure. Jtē antecedit sentētie rigore. q⁹ ꝓtra ius naturale nulla fit dispēsatio. sz ad/ uersus alia iura sepe ditī primo q⁹ lex natu ralis pcedit origine alia iura positiua. pbat q⁹ oēs leges seu iura positiua in pcessu tpis emanarūt. ius aūt naturale in pncipio mū/ di durabit vsq⁹ in finē. vñ di. v. Hec q̄. dicit de lege naturali q⁹ incepit ab exordio ratō/ nalis creature. Sup q̄ dicē glo. q⁹ inceperit p intelligentiā nō p essentiā. imo ver⁹ possz di ci q⁹ incepit q̄ ad vsum. q⁹ ius naturale. i. na/ turalis eq̄tas ab eterno fuit. Dico scōo q⁹ p cellit dignitate. q⁹ nullā patit' immutationē cū scribebat' in cordibꝫ hoīm. vñ Aug. ij. cō fes. loq̄ns de lege naturali dicē. Lex tua scri/ pta in cordibꝫ hoīm. quā nec vlla q̄dē delet iniq̄tas. Hoc idē habet' dis. vi. Hō est pctm̄. ℔. hūs ita. K¶ Sed ꝺ̄. de lege nature est q⁹ nullus innocēs occidat'. adulteriū ñ ꝺ̄mit tat' nec furtū. sed illa inueniunt' a deo eē mu tata. Hā deus pcepit abrahe q⁹ filiū suū in/ nocentē occideret. Gen. xxij. Jtez pcepit iu/ deis vt mutuata vasa egiptioꝝ surriperent. Exo. xij. Et pcepit Ose vt vxorē fornicari/ am accipet. Ose. j. Dico q⁹ naturali morte oēs moriunt' tā innocētes q̄m rei. q̄ q̄dem na/ turalis mors diuina ptāte inducit' ꝓpt' pctm̄ originale. sz illud. j. Reg. ij. Dñs mortificat z viuificat. iō absq⁹ aliq̄ iusticia pōt ꝑm man datū dei infligi mors cuilibet homini vel in nocēti. Sil'r accedēs ad mulierē aliena cō/ mittit adulteriū. si aut⁹ ꝑ faciat ex mandato dñi aliena nō est. nec ꝺ̄mittit adulteriuz. Et eadē rō est de furto. q⁹ q̄cūq⁹ accipit aliq̄d ꝺ̄ mādato dei q̄ est dñs vniuersoꝝ. nō accipit alienū sic filiꝰ isr'l egiptijs fecer̄t. L¶ Di/ xi tertio q⁹ iure naturali oīa sunt ꝺ̄munia. hz ꝑ exp̄sse di. viij. differt. vbi ꝺ̄r q⁹ iure nature oīa sunt ꝺ̄munia oīb⁹. qꝺ nō solū inter ap'los seruatū credit' q̄ habuerūt cor vnū z aniam vnā in deo. vez etiā ex pcedēti tpe a pbis tra ditū inuenit'. Hā apud platonez illa ciuitas iustissime ordinata tradit'. i q̄ q̄sq⁹ ꝓprios ne/ scit affect⁹. Jure ꝺ̄ consuetudinis vl' institutō nis ꝑ meū est. illud ꝺ̄ alteri⁹ ꝓpter qꝺ hz in. c. seq̄nti. s. q̄ iure. Tolle iura imperatoris. z q̄s audet dicere hec villa mea est. me⁹ est iste ser uus. mea est hec dom⁹. Sz ꝺ̄. quia sic seq̄ret q⁹ ordo nō deberet esse in hoīb⁹ z in mōdo. qꝺ esset incōueniēs. q⁹ omnes essent eq̄les. z sic tolleret' fructus. amicicia inter vxores z libe/ ros. frēs z ꝓsanguineos. z pz filie iūgeretur. z fil⁹ matri. z ꝓp'aris vxori ꝓncipis. que oīa essent incōueniētia. nō em̄ natura patitur vt diligant' ꝺ̄mūes femine sic̄ vxores. z alij filij sic̄ legitimi filij. alieni sic̄ frēs. D¶ Et taliter arguit Arest. ij. polit'ic̄. i prin. ꝺ̄ plato nē q̄ oīa esse ꝺ̄munia estimauit optimū. Di/ co q⁹ de lege nature simplicit' nō oīa dñt esse ꝺ̄munia. q⁹ q̄dam ex instinctu nature z lege naturali sunt exēpta. nec cōiuges dñt esse cō munes nisi ad vsum obsequij z dilectōis. nō aūt q̄ ad vsuz carnalis copule. vt hz sup ꝺ̄ bo z cōiuges. xij. q. j. dilectissimis. Hā z in statu innocētie. vbi simplicit' omnia fuissent ꝺ̄mu nia. zad imperiū rōnis oīa membra fuissent mota. mulieres tñ q̄ ad vsum carnis nō fuis sent cōmunes. Et iō ponit' in pncipio. ff. vbi ꝺ̄r. q⁹ ius naturale ē maris z femine ꝺ̄iunctio. quā nos mr̄imoniū appellam⁹. z ꝑ fuisset eti am añ pctm̄ in statu innocētie vt dicit sanctus Tho. in. iij. sup sen. dis. xxvi. q. ij. ar. iij. Et si sic plato senserit q⁹ oīa essent cōia q̄ ad vsuz obsequij z dilectionis bñ sensit. si aūt ad vsū carnis bñ impugnat' ab Arest. z ꝑ videt sen/ sisse ex eo qꝺ dicit in thimeo. ꝑ impossibile fore ineſſe ꝓpter varias passiones diuersoꝝ hominū. tñ pragmāni viuūt in cōi. sz vxores bñt determinatas. nō ꝓpt' libidinē sz sobolis amore. vt hz in epl'a quā Alexander scripsit Jta z apl'i oīa habuerūt in cōi. tñ illa q̄ de le ge nature deberēt esse exēpta magis dilexe/ rūt. sic̄ pie credendū est q⁹ be. petr⁹ petronel/ lam filiā suā pl⁹ dilexerit q̄z aliā inuēculā. et alij discipuli suos ꝓsanguineos. z sic ordo p/ fect⁹ est inter religiosos q̄ oīa bñt in cōi. zc. Sic cōis possessio vna libras oīum de iure naturali ē inducta. Sz mō distinguo. possessio z seruit⁹ nō sunt a natura inducta sz p⁹ hoīm

rōnem ad necessitatē humane vite instituta. nec ꝓ hꝫ lex nature est mutata. sz ꝓ additiōem magis declarata. sic etiā de multis videt ecclesia dispēsare vt de violatione sabbati. qđ tñ nō est ita. cū sint ꝑcepta dei. sz bñ ea ad intellectū legislatoris interꝑtatur. zē. ¶ Secdo hō accepit legē timoris q̄ fuit lex mosi magis ꝑ inflictiones penaz cohibēs manū ꝙ animū. De q̄ apl's Gal. iij. Lex ꝓpter trāsgressores posita ē. vbi ei ē varietas mozboz. ibi necessario hz diuersitas remedioz. Cū aūt post diluuiū ꝓpl's peculiaris dei multiplicaret. ne ritu gētilitatꝭ ad idola cōuerterent sz vnū vez deū colerēt. z monitoz z cerimonijs ab alijs distinguerent dedit eis deus leges qbz iustificari possent. z in dei voluntate ꝓmanere. ¶ Sed q̄rit an ꝑcepta veteris legis iustificauerīt ea ꝙātes. Ad qđ rñdeo tñ ꝓmitto vnā distinctōez. vicz q̄ plura sūt ꝑcepta veteris legis. q̄dā sunt moralia. q̄dam ceremonialia z q̄dam iudicialia. Precepta moralia efficaciā hñt ex dictamie naturalis rōis. z cessante lege esse nō desinūt. a principio em mūdi inceperūt. z durabūt vsq̄ in finem sp. Ceremonialia aūt ꝓtinēt ad cultuz dei z sunt figuralia. z cessabāt figurato aduenīēte. s. xp̄o in ꝓmulgatōe euangelij. ita vt si ꝙs postea seruaret peccaret mortal'r Judicialia aūt ꝑcepta sunt hec q̄ ꝓtinēt ad ordiatōem hoīm adinuicē. z vim obligādi nō habent ex sola rōne. sz ex sola institutōne. z lege cessante nō obligāt. sic nec ceremonialia. tñ si ꝙs ꝓnceps in suo regno eadē ꝑcepta ordiret seruari nō peccaret. dūmō ea intētione ñ faceret vt vim haberēt ex veteri lege. Nō tñ iustificabāt ipas ꝙātes. ꝓbat. alias sequeretur q̄ xp̄s fuisset inutiliť incarnat⁹. et legem dedisset ꝓ quā opteret iustificari. etiam sine eā mortu⁹ esset. qđ nō est dicēdū. ¶ Contra. sacerdos ꝓ aspsionē sanguis vituli expiabat sanctuariū ab īmūdicijs filioz isrl' z ꝓuaricationibz eoz atq̄ pctis. ꝑ legalia ꝫtu tē habebāt iustificādi a pctis. Nō ꝓtz Leui. xvi. Dico q̄ legalia nō poterāt in se realiť ꝓtinere ꝫtutē. ꝓfluentē a xp̄o īcarnato z passo. sic modo ꝓtinēt sacramenta noue legis et ideo nō poterāt a pctō mūdare. sic apl's dic̄ Heb. x. q̄ impossibile ē sanguine. s. thaurozuz z hircoz auferre pctā. Poterat aūt mens fidelīū tpe legis ꝑ fidē xp̄i ꝙiūgi incarnato et passo. z ita ex fide xp̄i iustificabant. cui⁹ fidei ꝓtestatio erat hmōi ceremoniaz obseruatio inq̄ntū erat figura xp̄i. Et iō ꝓ peccatis offerebant sacrificia q̄dā in ve. lege. nō q̄ ipsa sacrificia a pctis mūdarēt. sz q̄ erāt q̄dam ꝓtestatōes fidei q̄ a pctō mūdabāt. Auctoritas aūt ꝑdicta intelligiť de pctō seu immūdicia carnis nō mētis. sic apl's dicit Heb. ix. q̄ sanguis thaurozz hircoz. z cinis vitule aspsus inq̄natos sctificat ad emūdatōem carnis nō mētis. ¶ Secundo concludo tempore legis z ante legē z absq̄ obseruātia veteris legis poterāt alīq̄ saluari. ꝓbat per Dy oñ. de celc. ierarchia. c. ix. vbi ex itentiōe hāc conclusionē tenet dicēs. q̄ multi gētiliū per angelos reducti sunt in deū. imo ad dignitatē q̄ndā sunt sublimati sic melchisedech qui fuit sūm⁹ sacerdos. Qđ etiā tenet dñs albertus glosator eius. qui etiā inter alia loquens de viris ꝑfectis de gētib⁹ nominat melchisedech Job lz ab abrahā descenderit z isaac. non tamen fuit de filijs israel. quia ab israel nō descēdit. sed a fratre suo esau. z quintus fuit ab abraham. vt habet in tertio ꝓlogo super Job. quē tñ nō omēs biblie habēt. Isto tamē nō obstante sanctus reputatur. vt ex libro suo clare patere potest. ¶ Ex q̄bus sequiť bene correlarie q̄ pie credenduz estz teēndū q̄ plures philosophi sunt saluati. maxime aūt plato z Aresto. ex eo q̄ moraliter erant boni z virtuosi vixerunt z catholice in suis libris sunt locuti. Nam plato dixit in thimeo q̄ mūd⁹ a deo esset fact⁹. et bonitas causa fuit factionis mūdi z origo omnium rerū. Itē narrat in hysto. Romanoz̄ z habetur scōa scōe. q. ij. ar. vij. solu. tercij argu. q̄ innentū fuit q̄ddam sepulcrū in quo iacebat homo mortuus. z dicunt plures q̄ fuit Plato. habens laminā auream in pectore in qua erat scriptum. christus nascet ex virgine. z credo in eū. In Aresto. hoc idem apparet qui dicit in li. de secretis secretoz̄. q̄ deus gloriosus creauit hominē z fecit eum nobilissimū animaliū. z in li. de morte Aresto. qui intitulatur de pomo dicit. q̄ creator de nihilo fecit ens. Et ibidē dic̄ melō pbus discipul⁹ aresto. q̄ abrahā erat sapiētior omnibus qui ante ipm fuerūt. intellexit q̄ tota generatio sua ibat in errorē. z tunc precepit ei deus vt īmolaret filiū suū vnigenitū. z voluit hꝫ facere vt tūc eēt pfect⁹ ad seruitiuz dei. z nō est secut⁹ viam ꝓris sui q̄ adorabat idola. Et tūc ferť dixisse Aresto. placet mihi respōsio melōis. z multū ꝓmones sui placuerūt nobis

ꝛ ꝓfitatē dixit. ꝛ ꝓfiteor ꝟba sua ꝛ laudo intentionē suā. Ecce ꝫ clare ptz ꝙ ꝑdicti phi serūt de hijs q̄ sunt fidei. ℟ Tertio i statu clemētie siue gr̄e dedit homini legem amoris. s. euāgelij xpi. qđ nō dedit in tabulis lapideis sic legē patrū. sz lex fidei scripta ē p spm̄ sctm̄ in cordibꝫ fideliū. Un̄ Aug. de spū ꝛ lr̄a dicit. Sicut lex patꝫ fuit in tabulis lapideis. ita lex fidei scripta ē in cordibꝫ hoim̄ siue fideliū. Itē apl's. ij. Chor. iij. loq̄ns Corinthijs. prūpit i hec ꝟba. Quoniā epl'a xpi ē ministrata a nobis ꝛ scripta. nō attramento sed spū dei viui. nō in tabulis lapideis. sed i tabulis cordis carnalibꝫ. i. i cordibꝫ p charitatē dilatatis. Sz d. q̄ est differētia iter legē nature inditā cordibꝫ hoim̄. ꝛ nouā q̄ etiam per spm̄ sctm̄ inserit. Dico ꝙ lex naturalis ī dit hoi sine supaddito dono gr̄e. sz lex amoris. s. noua p supadditū noue gr̄e indit. ꝛ iō nō solū indicat qđ sit faciendū vt lex nature sz etiā adiuuat ad iplendū Differt etiā noua lex a veteri. qz lex vet⁹ est q̄ pedagoga puerorum. Gal'. iij. Jō b. Aug. ad numarianū manichei discipulū differētiā legis ꝛ euāgelij dixit esse timorē ꝛ amorē. Jō lex vet⁹ sic pueris ꝛ īperfectis p ꝓminatiōez penaꝝ ꝛ pmissionem regꝝ tpaliū induxit antiquos ad obseruantiā mandatorꝝ. Lex aūt noua cui⁹ ꝟtus ꝑncipaliter ꝓsistit i ipa spūali gr̄a indita cordibus dicit lex amoris. que pmittit spūalia bona ꝛ eterna. q̄ sunt obiecta ꝟtutis. ꝑcipue charitatis ꝛ ita p se in ea inclinat. nō q̄ in extranea. sz q̄ in ꝓpria. Et xpt̄ḃ ē lex vet⁹ ꝟz cohibere manū non aīum. qz ꝙ timore pene ab alijs pctō abstinet nō simpl'r ei⁹ volūtas a peccato recedit sic volūtas ist⁹ ꝙ amore iusticie abstinet a pctīs. ꝛ xpt̄ḃ lex noua q̄ est lex amoris dicit etiā aīum cohibere. Fuerūt tm̄ alij q̄ in statu veterꝭ testamēti hm̄tes charitatem et gr̄am spūsscti ꝙ ꝓncipalit̄ expectabāt spūales pmissiōes ꝛ eternas. Et sm̄ ḃ ptinebant ad legē nouā simpl'r. Etiā in nouo testamento fuerūt alij q̄ carnales. nō dū ptingentes ad pfectōez noue legꝭ. q̄s optuit etiā in nouo testamēto iduci ad ꝟtutis opa xpt̄ timorem pene ꝛ p alij q̄ tpalia pmissa. ℣ Sz q̄rit vtrū lex noua sit grauior lege veteri. Et videt ꝙ sic. qz qđ se hz p additiōez ad aliud est graui⁹ illo. sz lex noua hz se p modū additōnis. Mat. v. Nō veni soluere legez ꝛc. Nisi iusticia vestra abundet plusq̄ scri. ꝛc. Cōtra Math. xi. Jugū em̄ meū suaue est ꝛ on⁹ meum leue. Dico ꝙ ī lege veteri tria oportet cōsiderare. s. p̄cepta moralia. ceremonialia et iudicialia. Si em̄ ꝓparem⁹ legē nouā ad antiquā quātū ad p̄cepta moralia. sic eadē sūt hic ꝛ ibi. hic tm̄ sunt magis explicita. Si aūt cōparemus legē nouā ad antiquā quantūz ad precepta ceremonialia. tūc lex antiqua lōge grauior est quātum ad multitudinē ꝛ q̄ntum ad grauitatē ꝛ difficultatē seruandi. vñ Aug. ad Januariuz refert ꝙ rabbi moyses numerauit in lege sexcenta precepta. Jn lege aūt noua nō sunt nisi. vij. sacramenta. ad que tm̄ nō omnes obligant̄. s. ad cōiugium et ordinē. Si aūt ꝓparem⁹ legē nouā ad veterem penes iudicialia tūc lex noua leuissima est. quia nulla iudicialia christus imposuit. Ad argu. dicendū. ꝙ lex noua se habet p additionē intelligendo explicationē. nō autem alio mō supaddit nec ad iudicialia nec ad ceremonialia nec ad moralia ꝛc.

℣ Tertia pars in qua

ostendit iuridica indeoꝝ cōfutatio. ibi. nolite iudicare. Pro quo nota. ꝙ pharisei inidia excecati ꝛ malicia. legem soluz attendebant extrinsece iuxta lr̄am. quasi solū. phibēs opa seruilia fieri die sabbati. ꝛ sensum legis qui nō. phibet opa pietatis ꝛ salutis sed pot⁹ iubet fieri die sabbati nō curabāt. ꝛ iō xp̄m qui iuxta sententiā legis opa pietatis exercuit redarguerūt. Xp̄s aūt eos ꝓpꝫs suis actiōibꝫ ꝓfutabat de circūcisione quā fecerūt die sabbati. q̄ tm̄ circūcisio nō fuit ex lege di. Unuz op⁹. s. pietatis feci. curādo. s. palitic̄ū in sabbato ꝛ omnes miramini. Haz moyses dedit circūcisionē. nō ꝙ esset ex lege. quia nō includit in preceptis legis. cū sit q̄ddā ceremoniale. sed quia fuit ex patribꝫ. s. abrahā. q̄ ipaz accepit in signū salutꝭ. quā vos facitis i sabbato. ꝛ q̄ est tantū sm̄ ptē corporis. Ego autez in sabbato totū hoiem sanū feci. cū magis licita sit ꝛ melior sanatio hois in aīa ꝛ corpore q̄z circūcisio tm̄ corpalis. Et iō nolite iudicare temerarie sm̄ faciē. id ē. exteriorē appārentiā ꝛ litterā simplicē que occidit. sed sensum inspicite ꝛ veritatē. ꝛ videbitis me non violasse sabbatuz ꝛc. ℣ Moraliter. cū nobis solū ꝓstent exteriora etiā debiliter. ꝛ de interioribus nihil sciam⁹. quoꝝ deus solus cognitor est. valde friuolū et malicioſuz ē nobis iudicare occulta hoim̄ ꝛ vsurpare diuinū officiū. Actio em̄ hois indifferēs.

ad bonū ⁊ malū. cum est nobis dubia interpretari debet ad meliorē ptē: vt habet extra de regulis iuris. Estote misericordes. Super quo verbo dicit Beda in ome. In ħ loco nil aliud nobis ꝓcipi estimo nisi vt ea facta in quibus dubium est quo animo fiant in meliorem partē interpretemur. q. eīm scriptum est. Et fructibꝫ eoꝝ cognoscetis eos. de manifestis dictum est. q. secretoꝝ cognitor ⁊ iudex deus est. xxxij. di. erubescāt. Manifesta aūt sunt que nō possunt bono animo fieri. vt stupꝝ. blasphemie. furta. ebrietates. ⁊ similia. de qbꝫ nobis ꝓmittit iudicare. Sed contra hanc regulā obijcit. Dubia in deteriorē partem sunt interpretanda. extra de homi. ad audientiā. vbi dicit. q. si aliquis dubitat vtrum ex vulnere qđ intulit alicui ille sit mortuus debet se reputare homicidā. ⁊ nō ete q officium suū. ⁊ qui dubitat an sit baptizatus ꝓsumitur nō baptizatus. tenendū est ergo in dubijs illud quod tutius ⁊ certius est. Dico q vbi periculū aie vertit. illa dubia in deteriorem ⁊ tutiorē ptem sunt interpretanda. in penalibꝫ tm causis benignius est interpretandum. ff. de regu. iuris. l. factū. Et de quibꝫ est dubium quo animo fiant in meliorē ptem sūt interpretanda. Unde etiā qlibet presumit dignus nisi ꝓbet indignꝫ. extra de scrutinio in or. fa. c. i. in ter. ⁊ glo. ℣ De occultis igitur factis hoīm temerarie nullꝰ debet aliuꝫ iudicare. Et hoc ꝓpter tria. scz.

Alienitatem dei auctoritatis.

Obscuritatē recte veritatis.

Fraudulentē ꝓprie iniqtatis.

Primo iudicare temerarie nō debemꝰ cum alieni sumus ab hac auctoritate q̄ solꝰ dei ē. Nā sicut nulli iudici licet subditū alterius iudicis iudicare. vt dicit. vj. q. iij. iudicū. Sic nec hoī coram hoīs licet iudicare. qđ est subditum soli deo. j. Regū. xvi. Homo videt ea q̄ foris sunt deus aūt intuet cor. ⁊ ad Roma. xiij. Tu quis es qui iudicas alienum seruū. Ideo qui occulta hominū temerarie iudicant dominū contemnūt. sibi officiū solius dei vsurpādo. quod hodie valde ꝓmune est tā viris q̄ mulieribꝫ. ⁊ specialiter senibꝫ. Et ideo q̄cunq̄ tales sunt: sunt peiores bestijs. serpentibꝫ. ⁊ demonibꝫ. nā bestia q̄uis crudelis sit. tamen q. est irrationalis declinat q̄nq̄ crudelitatē qm nō habet hoīem inuadē tem. Judex aūt temerarius q̄uis sit rationalis, nunq̄ tm cessat crudeliter delaniare ⁊ dilacerare famaꝫ hominis. siue sedeat. vadat. ꝓmedat siue bibat. inter nobiles ⁊ ignobiles spirituales ⁊ seculares dētibus suis veneno sis. primū insanit ⁊ inuadit. quē tm in pātria nō videt. Est etiā peior serpēte. nā serpens timet hoīem. ⁊ ideo querit eū occulte ledere ⁊ veneno inficere. si aūt nō poterit fugit ab eo. Hic aūt habens maliciā serpētis non timet nec magnū nec potentē. nec spiritualē nec secularē semp infictit ore polluto. lingua maledicta. Est etiā peior dyabolo. quia si dyabolus videt iustū ⁊ sanctū nō audet eum tangere. dyabolicus aūt ille cū viderit hominē sanctū vel honestū. non timet sed eū ꝓtēnit. cum diffamat ⁊ honestatē eiꝰ annihilat. quare merito ps. ait. Dentes eoꝝ arma ⁊ sagitte ⁊ gladius. s. lingue eoꝝ acutus. ÷ ℣ Secō ꝓpter obscuritatē ⁊ cecitatē recte veritatis iudicare nō debemus. Sumus enī ceci ⁊ ignari de veritate rei. nō eīm possumꝰ scire qua intentione vel quo animo facta fiant. quia deꝰ solus est scrutator cordiū ⁊ occultoꝝ. vt premissum est. Sed multi sunt qui vident esse de natura oculi. q̄ videt alia ⁊ seipm videre nō potest. sic isti vident ⁊ attendunt facta aliorum. sed sua nō cōsiderant. festucam in oculo fratris corrigunt. trabē autem magnā in oculo ꝓprio amouere nolunt. Tales ēm veritatem nō iudicāt sed ēm qđ in se sentiūt. sicut metallū fusum in modulū formaꝫ suscipit quā in se habet. Sic aliqui sūt ita peruersi qui iuxta formā et maliciā suam quā in se habent omnes alios estimant vt in modulo cordis formāt. Hij quasi infirmi et corruptione gustus omnia insipida ⁊ mala iudicant. que tm in se dulcia ⁊ bona esse comprobant. De quibꝫ puerb. xvij. Qui iustificat impiū ⁊ cōdemnat iustuꝫ abominabilis vterq̄ est apud deū. Tales fuerūt illi duo senes iudices ineterati malis. qui ꝺemnauerunt innocentē susannā vsq̄ ad mortē ꝓpter ꝓpriam cōcupiscentiā malaꝝ. de qbus Dan. xiij. ÷ ℣ Tertio non debemus iudicare quēq̄ temerarie. q. forte maiori sarcina peccatorum sumus grauati q̄ hij quos iudicamus. Qui ei deficit in iudicio in eo qđ proximum est. quomodo iudicat qđ remotum est. Eccli. vij. Nolī querere fieri iudex nisi virtute valeas irrumpere iniquitates. Super quo dicit Gregorius. Debet quisq̄ pro ꝓprias virtutes perpendere et pro qualitate virium curam aliorum suscipere. ne dum

delectet i loco glorie fiat subditis auctor ruine. z qz grauat pondere suoz. velit fieri iudex alienaz culpaz. Duz est em q nescit moderame vite sue vt fiat iudex aliene vite. h̄ ille. Qui ergo vult esse iust⁹ incipiat a seip̄o z faciat de se iudiciū z nō de alio. qz fm apl'm. j. Chorī. xj. Si nosip̄os iudicaremus nō vtiq; iudicaremur. Cū dixit q̄dā senex sicut legit̄ i vitaspatrū. q quādo de⁹ flagellauit egiptū nō erat dom⁹ in qua nō erat mortu⁹. z dixit discipul⁹. q̄d est hoc verbū. dixit senex. qz si p̄ speterim⁹ peccata nr̄a non videmus aliena. Stultū em ē homini habēti mortuū relicto eo abire z flere mortuū primi sui. Et itez dixit senex. nisi habuerit hō in corde suo q peccator ē deus eū nō exaudit. z dixit discipul⁹. quid ē hoc. Dixit senex. si q̄s videt pctā sua ñ ꝑsiderat aliena. sz ꝑsiderare pctā aliena periculosum est. sic q̄ habet radiū solis in oculo directe ñ videt solē nec aliqua sibi ꝓpinqua habet em̄ visum quasi excecatū. Sic radi⁹ est opus bonū vel aliq̄ gratia a deo data. quā si hō recipit seip̄m extollēdo z aliū despiciēdo cec⁹ est. Sed si in eo q bonū facit adhuc seip̄m paruipēdit. z alios in bonis extollit verus iustus est.

Feria quarta post Letare.

Pxeteriens ihe/sus vidit hoiem cecū a natiuitate. Et interrogauerūt eū discipli ei⁹ di. Rabbi q̄s peccauit. hic aut parētes ei⁹ vt cecus nasceret. Joh. ix. Plato in thimeo dicit q nihil ē cui⁹ oztuz causa legitima z rō nō p̄cesserit. Hā q̄ rōne caret extirpare necesse est. di. lxviij. corepi. Quia aūt infirmitas corpalis. sicut est cecitas siue surditas z hmōi q̄ex peccato pueniūt. vt ōr extra ō pe. z re. cū infirmitas. Q̄ñq ex natura l' alia causa discipuli ignorātes causam hui⁹ cecitatis desiderātes scire inuestigāt a mgr̄o di. rabbi q̄s peccauit tē. Querit vtrum vn⁹ hō possit puniri p alteri⁹ pctō. z videt q nō p Aug. j. q. iij. c. nulli⁹ vbi ōr. q nullius alteri⁹ crimen maculat nesciētē. z Ezech. Fili⁹ nō portabit iniq̄tatē p̄is. Cōtra. dñs dixit moysi Exo. xx. Ego sum dñs de⁹ tuus zelotes. q̄ visito peccata patrū in filios. Rñdendo dicendū ē q dupler est pena. s. spūal z tpalis. Spūali pena nūq̄ punit̄ q̄s p pctō alteri⁹. qz spūalis ptinet ad aīam fm quā q̄libet ē liber sui. z de illa pena loq̄t Aug. vbi sup̄. sed pena tpali vnus q̄ñq̄ punit̄ p altero z p peccato alteri⁹. Et hoc tripl'r. vel qz vn⁹ homo tpaliter est res alteri⁹. sic fili⁹ fm corpus est res q̄dam p̄is. vl' seruus est res dñi sui. z ita ꝓpter peccatū p̄is interdū punit̄ fili⁹. sicut habet. ij. Regū. xij. q fili⁹ dauid que genuit cū bersabee vroze vrie ꝓpter peccatū adulterij z homicidij p̄is mortu⁹ est. Et ꝓpter dñm punit̄ q̄ñq̄ seru⁹ vel pl's. sicut ōr. ij. Regū vlti. q pl's isrl' est punit⁹ pestilētia ꝓpter peccatū dauid numerātis pl'm. Alio modo in q̄ntū pctm̄ vni⁹ derivat̄ in alteꝝ. et hoc vel p imitatōez. sicut filij q̄ imitant̄ pctā parētū. z serui pctā dñoz. z socij socioz. Vl' p modū meriti. sic peccata subditoz merent̄ plātū peccatorē. fm illud Job. xxxiij. Regē facit ypocritam ꝓpter pctā pl'i sui. Etiā p aliqualē cōsensum seu dissimulatiōem. sicut etiā boni interdū puniunt̄ cū malis. qz corpctā nō redarguerunt. vt ait Aug. j. ō ci. dei. Tertio ad ꝓmendandū vnitatē humane so/cietatis. et q vnus homo debet p alio sollicitus esse ne peccet. z ad detestationē peccatū. s. pena vni⁹ redūdat in oēs. quasi omnes sint vnū corp⁹ vt Aug. dic̄ de peccato achan de quo Josue. vij. legit̄. z viij. sentētialit̄. q dñs filijs isrl pmisit tradere hiericho ita q nihil in eo tollerēt. nec aur nec argētū. nec corvasa. cōtra q̄d achan peccauit. sumēs d̄ anathemate palliū coccineū. z cc. siclos argenti regulāq̄ aureā z abscondit in terra. Quare dñs iratus tradidit filios isrl' in man⁹ hieri/cho. z corruerūt ex eis. xxxvj. hoīes z sic pena vnius redūdauit in alios in detestatōez peccati. sed cur de⁹ infligit vni cecitatē. alteri surditatē. z hmōi infirmitates. Dicūt doctores q hoc fit q̄nq̄ de causis. Primo ne nimium homies p supbiā exaltent̄. nā segeres si pmo multū crescāt abradunt̄ z p̄scindunt̄. ne nimio viroze z virtute effuso peant et arescāt. sic quosdā de⁹ hic castigat aliqua infirmitate ne nimiū exaltent̄ z tandē dānent̄. Exemplū in paulo. cui dat⁹ est stimul⁹ angel⁹ satha ne ad colaphisandū eū. Ideo dicit. ij. Cor. xij. Ne magnitudo reuelationū extollat me dat⁹ est mihi tē. Ideo metrista dicit. Est qui torquetur ne fastus ei dñet. Deōo datur ali cui infirmitas siue aduersitas. vt q̄s in patie tia probet̄ z meritū ei cumulet̄. Hā aur siue argentū in igne p̄bat̄ vt purificet̄ z magis cōmendet̄ z appreciet̄. sic homo i infirmitatib⁹ siue aduersitatib⁹. Exemplū in Job. in tho/

bia. ꝛ martyrib⁹ hic afflictis. Unde metrista
Est qui torqueꝫ vt inde puri⁹ pbeꝫ. vel vt ei
meritū cumuleꝫ. Tertio vt de⁹ p tales glīfi/
ceꝫ. naz artifex bon⁹ qñqz opus suū destruit
vt in renouatione melioris glīficeꝫ. Sic de
us quosdā castigat in infirmitatib⁹ vt sana/
tione eoꝝdē cognoscaꝫ ꝛ collaudeꝫ. Exemplū in ceco nato de q̄ saluator dic̄ hic. Neqz
hic peccauit neqz parentes ei⁹. scz q̄ propter pec/
catū ipse cecus natus est. sz p̄ hoc cecus na
tus ē vt manifestent opa dei in illo. Quarto
vt q̄s eternaliter crucieꝫ hic incipiat. ꝛ sic sine
fine i miseria p̄maneat. nā agricolatores ar
bores steriles p̄mo cortice denudāt inferi⁹
vt sic citius desiccent. ꝛ tandē ad ignē cremā
dum aptius disponāt. Sic de⁹ quosdā ma
los pctores hic q̄ñqz incipit punire auferē/
do eis bona ⁊ alia. sanitatez ꝛ p̄speritatē vt
abilitent ad cruciatoez p̄petuā. Actu. xij. ꝛ i
sodomitis Gen̄. xix. Nathan ꝛ abirō. Nūe.
xvj. Et in multis pctoribus hmōi. Metrista.
Est qui torqueꝫ vt p̄petuo cruciet. Quinto
vt a pctō q̄s purgeꝫ ꝛ satisfaciat de p̄missis ꝛ
poti⁹ hic q̄ñ in purgatorio. sic pater castigat
filiū ꝛ dñs seruū vt emendet delictū ꝛ p̄cipi
at dignū stipendiū. Sic de⁹ pctōrē castigat
vt hic emēdet⁹ post mortē acq̄rat regnū eter
nuz. Exemplū i maria sorore moysi. de qua
dr Num. xij. q̄ fuit lepra p̄cussa ꝛ filij israel
q̄tidie multi xp̄iani hic a deo flagellantur
infirmitatib⁹ ꝛ alijs aduersitatib⁹ vt pecca/
ta emendēt ꝛ postea vitā eternā habeāt. Me
trista. Est q̄ torqueꝫ vt crimē purificeꝫ. Dñt
ergo tales afflicti esse patientes. vt in patiētia
sua possint possidere regnū dei ꝛc̄. Quantū
nūc ad p̄tinuationē lr̄ales euāgelij. xp̄s heri
oñdit ꝛ redarguit iudeos de legis p̄uarica/
tione. hodie instruit p̄uaricatōis emēdatōez
in ceci curatōe. Et p̄m h̄ tres sunt p̄tes.
In p̄ma ostendit cecitatis causatio. ibi p̄te/
riens ihūs.
In secūda infirmitatis curatio. ibi. Hec cū
dixisset.
In tertia dei ptātz p̄mēdatio. ibi. ille hō ꝛc̄.

¶ Quantum ad primā

ptem p̄m Crisō. Judeis inerāt duo ꝛ xp̄m. s.
furor seuiendi. ꝛ duritia credēdi. vt q̄ eoꝝ fu
rorē mitigaret se absentauit. Nā vt dr Joh.
viij. Videns ihūs q̄ iudei volebāt euz lapi/
dare exiuit de tēplo ꝛ miraculose inuisibiliter
p̄ medium illoꝝ ibat. in q̄ trāsitu vidit in via il
lum cecū de q̄ hic dr. qui a natiuitate cecus
erat. quē ihūs diligēter respiciēs ad h̄ vt di/
scipulis daret q̄rendi occasionē Interroga
bant discipuli e⁹ de causa cecitatis. putabāt
enī ex eo q̄ dñs dixit p̄us lāguido sanato. vt
babeꝫ Joh. v. Vade ꝛ amplius noli peccare
ne tibi deterius p̄tingat. q̄ peccatū esset cau
sa lāguoris. iō xp̄s rñdens dixit eis. Neqz h̄
peccauit ꝛc̄. sed vt manifestent opa dei. scz p̄
miraculosaz operationē illumiatōis. ideo sub
dit. Me oportet operari. s. miracula faciēdo ꝛc̄.
Quia sicut vnicuiqz ē operandū q̄n dies est ꝛ
nō de nocte. sic necesse dies mee operatōis per
quā ille q̄ misit me manifestabit. ꝛ hoc in il/
luminatōe hui⁹ ceci. Quāt dies est ex p̄ntia
lucis patet. sz ego sum lux mūdi. ꝛ q̄diu suz
in mūdo lux sum ego mōi ꝛ ḡ oportet operari mi/
raculose. ꝛ duritiā incredulitatis iudeoꝝ p̄
diuinā operationē emollire. ¶ Moraliter videm⁹ vnūqōqz in p̄ncipio ꝛ radice de
structū p̄silem ꝛ parē fructū parere. sic̄ radix
arboris p̄mis corrupta, p̄ducit fructū defec/
tuosuz. Et sic dicūt quidā naturales. lepro
sus qui ex ebrietate lepra incurrit. oēs de ei⁹
stirpe erūt leprosi. Sic ad p̄positū pctō acto
ris successione damnant heredes. Unde giezi
p̄mittēte simoniā totū semē ei⁹ ineternū dā
natū est. qō intelligit de semine vicij nō gene/
ris. Si ḡ filij q̄ p̄missionū sunt p̄putant i se
mē bonū. ita q̄ erroris sunt estimant in semē
malū. Naz ꝛ iudei ex patre dyabolo sunt. nō
carnis successione sz crimis. j. q. j. Cito. Cū
ergo radix humane nature. s. p̄m⁹ parēs actu
ali p̄tagiōe infect⁹ fuerit. ꝛ seq̄ndo motū sen
sualitatis rōem excecauerit. ꝛ sciam sibi da/
tā amiserit. ei⁹ oēs posteriores q̄ p̄ticipāt in
crimine. etiā p̄ueniēs est eos in pena cecitatis
ꝛ ignorātie p̄ticipare. Unde. C. de epis. l. si q̄n/
q̄. Cōuenit eos q̄s par facin⁹ inq̄nat ꝛ eq̄t si
mili pena comitari. ¶ Gen⁹ ḡ humanū
a p̄ce p̄mo infectū ꝛ excecatū. q̄nqz milia an
noꝝ in tenebris ignorātie ꝛ cecitatis sedebat
vsq̄q̄ xp̄s fil⁹ dei mōm p̄trāsiens oculis mi
sericordie ꝛ gr̄e eū diligēter respexit. Sic eū
a tribus cecitatibus liberauit. Habuit enim
cecitatem.
Innatam p̄ peccatum originale.
Causatam p̄ peccatū actuale.
Inueteratā p̄ peccatū p̄suetudinale.
Dico p̄mo q̄ gen⁹ humanū a p̄ce adā habu
it cecitatē innatā p̄ peccatū originale. Dñe
enī pctū mentez q̄ammō excecat. Et ideo

Dico ꝓmo ⁊c. Ulñ ps. dic vidue. loq̃ns in p sona deuote vidue. Ecce elõgaui fugiẽs aui cule em̃ terrã fugiẽtes sunt tute q̃ laqueis ñ capiunt ⁊ pẽne earum manẽt cõposite ⁊ mũ de. vbi morãtes in terra capiunt. ⁊ pẽnis de struunt. Sic vidue lõge morãtes a terrenis ⁊ lasciuis hoib⁹ laq̃is imũdaz cogitationũ ⁊ opationũ vir capiunt. nec mẽtes eaz q̃bus alte volare dñt sic̃ aues pẽnis maculant. De bent g̃ fugere lasciua ꝓsortia lasciuoz. Ulñ hiero. in epla. lxxv. Quid facit vidua inter familie multitudinẽ. ⁊ iter ministroz gregesꝫ Et sequit. Cauea q̃ q̃d de te fingi põt. nõ ambulet iuxta te calamistrat⁹ ꝓcurator. non hystrio fract⁹ in femĩa. nõ cãtoris dyaboli ci venenata dulcedo. nõ iuuenis cult⁹ ⁊ niti dus. nihil artiũ scenicaz. nihil tibi in obse quijs molle iungat. habeto tecũ viduaruz ⁊ virginũ chozos. habeto tui sex⁹ solatia. Et se quit. Semp in manib⁹ tuis sit diuina laus ⁊ tã crebre oroões vt oim cogitationũ sagitte q̃b⁹ adolescentia ꝓcuti solet. hmõi clipeo re pellant. Ysi Hanc fugã nõ habuit q̃dã nympha dicta psalmatis. De q̃ ouidi⁹ fabu lose narrat. Quia hermofrodit⁹ fuit fili⁹ mer curij ⁊ veneris nutrit⁹ in siluis indeis adria dib⁹ in antris. q̃ cũ esset puer pulcerrim⁹. pa triã dereliq̃t. ⁊ ignotas siluas ⁊ flumina dele ctat⁹ videre vsq; ad q̃dã stagnũ iuxta ciui tatẽ tharsis ab india i lyciam cui⁹ aqua erat limpidissima. in q̃ nympha illa psalmatis se pissime balneabat. ꝓuenit. Uolẽs igit puer se balneare i stagno vidit eũ ociosa nympha ⁊ in ei⁹ exarsit amorẽ. illũq; rogando alloq̃t dicẽs. O puer inquit dignissime. credo esse thalamũ ineam⁹ eũdẽ. Ille ꝺo q̃d esset amor nesciens amorẽ nymphe penit⁹ refutauit. sz ipa eũ nudũ ⁊ balneantẽ se aspicies ad ipsuz nudũ saliit ⁊ eũ amplexata ⁊ osculata fuit. ꝺ os rogãs q̃ ꝑpetuo nõ dissiungerent. cui⁹ pe titioni dij annuẽtes fecerũt q̃ duo pariter vni rent in vna psona. ⁊ sic fact⁹ est hermofrodi tus q̃ est ex natura ⁊ sexu duplici ꝓstitutus. Per illã nymphã q̃ est dea aque. intelligere possum⁹ viduã delicatã. q̃ cũ soli deo vaca re deberet. vacat delicijs cũ lasciuis ⁊ leuib⁹ psonis. q̃ fluit ⁊ fluctuat. In delicijs mũdi habitat. hec freq̃nter balnea visitat. spectacula hoim nõ vitat. cõuiuijs se imiscet. ⁊ ꝺo nõ euadet quin laq̃o male ꝺcupiscẽtie ⁊ dele ctatõis q̃q; capiat. ⁊ carnali amore ad ali quẽ ligẽt. hec em̃ turpe lucrũ licet sp fugiat. verũm amorẽ nõ recusat. viduáq; infatuat q̃ die noctuq; orat. q̃ ab ipo nõ recedat. O fatua audias Hiere. ix. In omni fratre tuo nõ habeas fiduciã. q⁹ oĩs frater supplãtans supplãtabit te. q⁹ oĩs amic⁹ fraudulenter ice det. Hoc bñ ꝓsiderabat illa honorabilis vi dua Marcia cathonis ꝺ q̃ etiã narrat Hie ro. q̃ cũ a pluribꝫ peteret. q⁹ diues. lz turpis fuerat. oẽs recusauit. dicẽs se nõ inuenire vi rũ q̃ eã vellet ꝑt seipam sz ꝑt sua. Hoc erat em̃ q̃ illa amicicia nõ poterat esse ꝑmanẽs ⁊ ẽa. q⁹ cessãte bono vtili cessat et amicicia. ix. ethi. Ysi Scdo vidua ꝺz q̃rere honesta loca. sic̃ eccl̃ias vbi sp manere debet ⁊ orare deuo te missas ⁊ ſmones audire ⁊ hmõi. Ulñ ps. post q̃z dixit. elõgaui fugiẽs. subiũgit. ⁊ mãsi in solitudine. i. in tẽplo vel in eccl̃ia. Eccl̃ia em̃ ẽ loc⁹ apt⁹ ꝑ oroẽ. q̃re dixit xps. domus mea dom⁹ oronis vocabit. Lu. xix. Turtur nãq; loca solitaria q̃rit ⁊ ibi gemit. vñ Hie ro. Uolum⁹ scire q̃les dñt esse vidue. legam⁹ euangeliũ Luce. Erat inq̃t Anna vidua ab adolescẽtia vsq; ad. lxxxiiij. annos ⁊ nõ rece debat de tẽplo die ⁊ nocte ibi ieiunijs vi gilijs ⁊ oroib⁹ vacabat. Sic vidua i magna abstinẽtia cibi ⁊ pot⁹ vigilijs ⁊ oroib⁹ se casti gare debet. Ulñ glosa sup apl'm. j. Thim. v. Ardentes dyaboli sagitte ieiunioz ⁊ vigili

arū sunt frigore restringende. Sed quid dicam de viduis nr̄is tp̄is. que nō vigilijs et ieiunijs corpa sua castigant. imo potius crapulis t poculis supfluis grauāt ventrē t caput. Dicūt se fore debiles t frigide nature t iō subueniēdo nature bene comedūt t bibūt licet naturā destruāt. quia frigide amisso calore naturali velut stuba inueterata t desiccata nō bene digerūt. t iō replero stomacho fumositates ad cerebr̄ ascēdūt. t caput t oīa membra grauāt. imo t mentē ad luxuriā. puocant. quare ap̄lus dicit. Holite inebriari vino in q̄ est luxuria Eph̄. v. t Eccl. xxxvij. In multis escis erit infirmitas. Talis em̄ vidua nō merek p̄miū viduar̄. imo mortua est coram deo. j. Thim̄. v. Vidua q̄ in delicijs est viuens mortua est. Alber. in sūma de. iiij. coēq̄s. q. lvij. d. q nomē vidue multiplicit̄ dr. Vidua solo corpore sz pstituta mēte. de qua ap̄s vbi sup̄. Vidua corpe sz nupta mente. hec cōputank̄ inter ciuctas mr̄imonio. q. castitas magis ꝓsistit in mēte q̄z in corpe. Vidua mēte. t hec vidua vocak̄ vera vidua ab ap̄lo vbi dicit. Viduas honora q̄ ve vidue sunt. Quarto mō etiā dr vidua corpe t mēte t auxilio terreno. sic̄ bone vidue paupes. de hac dicit ap̄s. Si q̄s fidelis hz viduas submiñstret illis vt nō grauek eccl̄ia. vt his q̄ vere vidue sunt sufficiat. Et sic tertio t quarto mō vidua dicta in statu viduitatis ponit votū t ꝓpositū sic manēdi. ꝓpter deū t nō ꝓp̄ iura mr̄imonij deuitāda. Et illa est cui datur fructꝰ. sic̄ fuerūt antiquit̄ vidue Judith. de q̄ Judith. viij. dr. Et illa paupcula q̄ misit duo minuta i gazophilaciū Luce. xxj. Et vidua sareptana q̄ sue t filior̄ t helie p̄stitit fami. iij. Regū. xvij. t in nouo testa. Elizabeth filia regis vngarie. t anna mr̄ dei genitricis xc̄.

H Tertio vidua debet abijcere vanitatē ornatus. Vñ Hester. xiiij. Hester vidua cū deposuisset vestes regias. fletibꝫ et luctui apta indumēta suscepit. t p vngentis varijs cinere t stercore caput impleuit t corpus suū humiliauit iciunijs. omiaq̄ loca in quibꝫ antea letari ꝓsueuerat criniū laceratione cōpleut. Sic etiā verā viduā oportet ornamēta vestiū ꝓmo cūcta abijcere. t oīa que oculos viror̄ allicere p̄nt t offendere. sicut colores apparētes facici t corpis. et monilia capitis t manuū. Vñ Ezech. xx. Unusq̄sq̄ offensiones oculor̄ suor̄ abijciat t in idolis id est. in ornamētis egipti nolite pollui. Dicit. in epl̄a. cxviij. alloquēs vidue ait. Quid facit in facie xp̄iane purpurissus t ceruſa. q̄rum altez ruborē genaz labior̄q̄z mētitur. altez candorē oris t colli. Ignis iuuenūq̄z fomenta libidinū ipudice mentis indicium q̄d aliud pollicemur aliud ostēdim⁹. lingua p̄sonat castitatē. t totū corp⁹ pfert impudiciam. vir em̄ vidua coloribꝫ ornari p̄t quin oculos viror̄ allicіat t offendat. Port⁹ igit̄ debet appetere facici t tot⁹ corpis turpitudinē vt euadat. q̄z vt sic quasi rethe dyaboli multos capiat. Sic̄ q̄dā domicella fecit val de pulcra. de q̄ Ouidius lib. ij. narrat. Ista erat domicella dee palladis. q̄ cuz spaciarek circa mare de⁹ maris Neptunus adamauit eā t voluit eā rape. sz ipa iplorauit auxilium deor̄. t statiz affuit dea pallas q̄ mutauit eā i cornicē t habitū nigrū sibi dedit. t sic euasit. Sic etiā ego vl̄ vidua pulcra facie ornata q̄z veste. ambulās apparēter coram virꝭ i seculo allicit aspectu t incēdit corda eor̄. Ideo sapiēs docuit filiū suū di. Fili mi auerte faciez tuā a muliere compta. t nō circūspicias speciē alienā. q̄ ꝓpter speciē ml̄ieris ml̄ti pierūt. t erh̄ ꝓcupia q̄si ignis exardescit. Eccl. ix. Ml̄ierē sic allicіētē de⁹ neptun⁹. i. dyabolus de⁹ hui⁹ seculi adamat. t rape conak̄ eaz ad pditionē eternā. nisi deū invocet t pñiaz agat. tūc de⁹ talē in cornicē mutat q̄ pacta pñia faciē tegit t denigrat. t nigrū t hūilez t honestū habitū induit. sursū volat p̄t̄ēplationē. vocē clamorosaz emittit p solicitā orō nē. tūc talis cuadit dyabolū t eternā damnationem. D

Tertia pars in qua

notatur potestas dei opans. t h̄ in suscitatione adolescentis dicens. Adolescens tibi dico surge. q̄si diceret. Tu nō vales virtute naturali surgere de morte. p̄cipio g̃ tibi in virtute deitatis. surge de morte ad vitā. Hora liter videm⁹ q̄ in omni re aliq̄ō est p̄ncipale q̄ō regit t ordinat. alia aūt obediūt ei. sic̄ partz i apibꝫ q̄ sequunk̄ regē t obediūt ei. t in gruibus q̄ recto ordine sequūk̄ vnā. Jō phs. iij. phi. c. de tpe dicit. In q̄libet genere entiū est aliq̄ō p̄ncipale q̄ō ē metrū t mēsura illi⁹. vt vnitas in numero. instās in tpe Et. j. metha. In vnoq̄q̄z genere erit dare aliq̄ō primum q̄ō sit metrū t mēsura alior̄ q̄ sūt i illo genere. Sic etiā in tpalibꝫ impator romāor̄ primus est. cui habēt oēs obedire. Jpe ei ē oīs

terre. vij. q. j. in apibꝫ. Roma eñ ꝓdita duos reges simul hꝫe non potuit. ff. de reꝫ diui. l. vlt. In spūalibꝫ. Papa primꝰ ē etiā ordinariꝰ oīm eccl'iaꝝ z clericoꝝ. de fo. cōpe. c. licz. Cū g sint duo quibꝫ taz spūaliter q̄z tpaliter oēs hoīes sunt subiecti. z q̄z impio habēt obtpare. necesse ē etiā q reducank ad aliqđ vnuz qđ ē eis principiū z qđ nō solū habeat tpalia regere z spūalia. imo tā viua q̄z mortua. z q oīa obediāt sue iurisdictiōi. Illud ꝑncipium z vnū est deꝰ altissimꝰ i cuꝰ ditione cuncta sūt posita. z nō est q possit resistere sue volūtati. Hester. xiij. Nic eñ habz ptātez quā nemo habet. s. mortuos suscitare. z animas sepatas a coꝛpe reunire solo verbo. vt patet in illo adolescēte cui imauit dicens. Adolescens surge tē. ℣ Debet g adolescēs impanti rp̄o a tribꝫ surgere que vt in pluriꝫmum ei nocent.

Ab insolentia ad mozalitatē.

Ab incontinentia ad castitatem.

Ab intemperantia ad sobrietatem.

Dico ꝑmo tē. Sunt eñ iuuenes lasciui z tepidi ad virtutes. qz vt inexpti nesciētes fructū z vtilitatē. laborare in ꝑncipio ꝑ acq̄sitione eoꝝ ptinescūt. Jō pentes eos informare dñt z inducere ad virtutes z mozes. puer. xiij. Qui pcit ꝟge odit filiū suū. vñ Plinius de accipitre dicit. q qñ pulli eiꝰ sunt apti ad volandū. eos extra nidū ꝓjcit. z alis verberat. cauēs in etate tenerane pigritent z ocio marcescāt. z vt ad ꝑdaz adaptenk. Sic ꝙuenit omnino circa adolescētes z iuuenes ordiri. vt ꝑmo extra ꝓprias domos ad alienas ꝑtes emittank ad honestos z ꝓbos viros q̄ tales iuxta ꝙditionē stak z nature instruāt. Si dispositꝰ ad lr̄as. ponak ad studiū lr̄aꝝ. Si nobilis. ad exercitia pugne. vt balistis fundis z gladꝫ exercitenk. Si ciuis vel burgēsis etiā fm ꝙditionē patris habilitek. Q

℣ Sic fecerūt senes gētiles pueris suis. z h in tribꝫ. videlicet in scripturis librozꝫ. picturis gestoꝝ. z figuris signoꝝ. Explozauerūt eñ nobiles antiqui q̄ meliozes erant phi. z illis pueros suos tam lr̄is q̄z moribꝫ imbuendos dederūt. Ulñ trayanꝰ plutarchū. Nero Senecā. Alexander Aristotelem mgr̄os habuerunt. Et ne a talibꝫ mgr̄is aliquid dissolutionis vel lubzice lenitatis addiscerent summe cauerūt. Sic salomon de se dicit Sap̄. viij. Hanc amaui z exq̄siui a iuuētute mea. Jtē docuerūt pueros picturꝫ gestoꝝ Unde sic narrat q̄dā expositoꝛ sup Juuenalē in ꝑma Satyra. Nobiles romani sic dispoſuerunt actiones suas ꝑ singulos dies q sūmo mane oēs sil' adibāt arcꝰ triūphales in q̄bus anteceſſoꝛes sui pingebank cū armis z cantelis q̄bꝫ deuicerāt hostes suos vt sic iuuenes illis visis accenderenk ad virtutes ꝑ imaginem gestoꝝ. Deinde templū Apollinis petebāt q̄ erat deus sapiētie. postea iudices adfoꝝ. senatoꝛes ad capitoliū descēdebāt. iudices vt causas tractarent. senatoꝛes vt de cōmuni vtilitate reipub. deliberarēt. z sic tp̄us suū vsq̄ ad hozā. ix. expēderunt. Et ne iuuenes a bonis occupatōibꝫ impedirenk. ꝑ totū tp̄s añ nonā ordinatū erat q meretrices nullo cēsu sua ꝓstibula egrederenk añ nonā. ne iuuenes a suis informatiōibꝫ. z viri a ꝓsilijs reipub. ꝑ declinatōes vel ꝑ delectatōes libidinosas aliq̄tenꝰ turbarēt. Jtē docebank iuuenes ad bonos mozes figuris signoꝝ. Ulñ narrat Macro. j. saturnaliū. q apud romanos pueri nobiliū q̄dam vtebanť veste. q̄ oꝛ ꝓtexta. z inde pueri nobiles vocabank ꝓtextati z hēbant coꝛā pectoꝛe suo bullā auream quādā hñtē figurā coꝛdis hūani. Bulla ät fuit semētū figure q̄ medietas spere ad similitudinē bullaꝝ q̄ fiūt in aqua. ꝓtexta erat de purpura q̄ est rubei coloꝛ vt pudoꝛe sue nobilitatꝫ a vicijs se subtraherēt. z coꝛdis imaginē añ pectꝰ portabāt vt i seinuicē ituētes. ita se foꝛe hoīes cogitarēt si coꝛde p̄starēt. h Macrobi⁹. Si g iuuēt⁹ moribꝫ ē iformāda Eccs. xij. Memēto creatoꝛ tui i dieby iuuētutiꝫ tue. Hz heu mlti dicere possunt illō ps. Paup sū ego z i labo. a. iu. mea. qz cū i iuuētute q̄s a pentib⁹ negligik. tādē incoꝛrigibil' efficik. z nūq̄z nisi gladio vel patibulo emendak. Si sūt sil'es pullis asini. q̄ ꝑmo generāt meliozꝛ fortioz. q̄ q̄z to seniozes tāto turpiores. Ulñ. v. de aialibꝫ. Fetꝰ asini q̄ primo generak melioꝛ z fortioꝛ. z posterioꝛ debilioꝛ z peioꝛ generak. sic tē. ℟ Secōo resurgere dñt a luxuria z ab incōtinētia ad castitatem. Haz fm ꝑhm. j. ethi. Etas adolescentie siue iuuentus inclinat ad libidinē. z iō dicit q̄ sunt incōtinētes. qz vigoꝛ coꝛpis. abūdantia caloꝛis. z vehemētia ꝓcupiscibilitatis. h vicijs generat. q̄z uis coꝛ ꝓcupie cito satient. Ulñ ꝛ h vicijs optet eos mlt̄ laborare ꝑ abstinētiā z subtractoꝛ. z tūc ꝓuenit ad magnū meritū. qz castitas in iuuētute reputak q̄dāmodo ipossibilis. Hz q̄d dicem⁹ in q̄busdā

seniby q̄ in hoc vicio inueniunt corruptiones iuuenib⁹. certe q̄ de illis verificat dictū phi. j. ethi. q̄ nō differt iuuenis etate t moribus Isa. lxv. Puer centū annoꝝ morietur. Si em̄ viciū carnis in iuuenib⁹ ē castigandū. multo pl⁹ in senib⁹ ē ꝺdēnandū. qz ꝑm Isi. Neq̄z in senectute casti fūt q̄ in iuuētute luxurioſe vixerūt qz tunc eligūt seruire castitati. qñ eos libido seruos hr̄e ꝓtenit. Et amb. ad Valē. Erubescat senectꝰ q̄ se emēdare nō ꝓt. nō ei canicies cōmēdata ē annoꝝ sz moꝝ. Būt em̄ q̄dā senes in malo ita habituati t in voluptatib⁹ q̄ dolēt vt videt q̄ nō sūt vt solēt ad voluptatē potentes. delectant audire t fabulari de turpibus. delectant imaginari de vilib⁹. t sic nō vescētes carnib⁹ delectant in brodio. sic illi q̄ priuāt operatōe fruunt imaginatōe. Sz q̄rit i q̄ illō viciū periculosi⁹ sit in iuuene vel in sene. Dico in sene. cui⁹ rō ē. qz incurabili⁹ t grauius ¶ Querit em̄ phs in ꝺ. pbleumatib⁹ pte j. c. xxviij. ꝓpter q̄d in hyeme pauciores sunt egritudines q̄z in estate. mortifere ꝺo magis in hyeme. Et rn̄det q̄ in estate pua quidē occasione fiūt egritudines. in hyeme ꝺo nō. quia pue occasiones citi⁹ digerunt in hyeme. Nñ illa q̄ fiūt a maiori occasione merito peiora sunt t magis destructiua. hmōi aūt sūt q̄ in hyeme eueniūt. Et ipoc. in affor. suis. Senes iuuenib⁹ freq̄nter min⁹ egrotāt. Cūq̄z in eis crebri⁹ egritudines fiūt mltotiēs cōmoriunt Moralit. sic sanitas corpalis ē q̄litas hūor ita sanitas spūalis ē tpantia passionū. t dis/tpantia eaꝝ infirmitas spūalis. Etas ē iuuentus. hyems senect⁹. Nec est igit q̄ pl̄es t freq̄ntiores accidūt spūales infirmitates in iuuene q̄z in sene. qz mlto pl̄es sūt occasiones tā ex cōplexiōe calida q̄z ex iuuenili ierpientia. Sz certe ille infirmitates nō sūt ita periculose t gues. cuius em̄ peccat q̄ minori occasione q̄z q̄ maiori. t plurimū peccāt sic iuuenes. t iō sunt multo curabiliores in iuuenib⁹ q̄z sunt in senib⁹. qz si accidāt senib⁹ vix curātur. ¶ Exemplū de Salomōe. iij. Regū. xj. vbi ꝺr. Cū esset senex deprauatū est cor eius p mulieres. cā est. qz tales infirmitates pcedūt ex magna malicia t nō natura. Tales ēt fuerūt isti senes de quib⁹ Dañ. xiij. dicit. Q egressa est iniq̄tas ꝺ senib⁹ iudicib⁹ qui videbant regere pp̄lm. Et iō est notandū q̄ habitus bene viuēdi acq̄rend⁹ ē in iuuētute si hō velit sctē viuere in senectute. nec aliqs de etate nimis ꝓfidat. qz q̄dā q̄ in iuuētute euaserūt in senectute turpit cecider̄ūt. sic ille q. xl. annis ꝺgo vixerat. t in xl. āno corrupt⁹ obijt isto anno. Et iō signāt ꝺrat ꝑs. Ne ꝓijcias me in tpe senectutis. ¶ Tertio surgere dñt ab itpantia ad sobrietatē. Titū. ij. Iuuenes sil̄r hortare vt sobrij sint. Nihil ei magis cōuenit iuuenib⁹ sobrietate. p hāc em̄ luxuria domat t sapia acq̄rit. t iō merito sobrietas compat ametisto. de q̄ ꝺr in lapidario. c. xvj. Nic facil̄ est sculpi ōrius ebrietati. t car⁹ hr̄ qz rarioꝝ ē. Et ꝺr etiā q̄ ꝑseruat equū gestātē a cespitatione t infirmitate. Isto mō moralit sobrietas ē facil̄ sculpi qz sobrij facilime docent. Būt em̄ dociles vt exēplū hēm⁹ Dañ. j. Quia daniel t socij sui pueri q̄ nolebāt comedere de cibis regis Nabucho. nec bibere de vino ei⁹ sz comedert legumia t biberunt aquā doctioꝝ t honestioꝝ fuerūt ceteris pueris caldeoꝝ. ibi post. x. dies inuēti sūt vult⁹ eoꝝ melioꝝ t corpulētioꝝ p oīb⁹ pueris q̄ vescebant de cibo regio. t pueris illis dedit deꝰ scia z t disciplinā in oī libro t sapia. Et Aug. in ꝺ. ꝺfes. c. viij. narrat de q̄dā bona mrona q̄ curā grūdā filiaꝝ nobiliū hēbat. eratq̄z in eis coercēdis cū opus esset facto. seueritate vehemēs atq̄z in docēdis sobria sapia. Nam eas ꝑ illas horas q̄b ad mēsaz pentū moderatissime alebant. si exardesceret siti neq̄z aquā bibere sinebat. ꝑcauēs ꝺsuetudinē male t addes ꝺbū sanū. mō aquā bibitis qz in ptate vinū nō habet⁹. cū ad maritos venerit⁹ facte dñe apothecaꝝ t cellarioꝝ aq̄ sordebit sz mos potandi ꝓmanebit. Dicit etiā q̄ ꝑseruat equū gestantis a cespitatiōe. Aia adolescētis est sic eques. caro sic equus. Isa. xxxj. Ec̄ eoꝝ caro. Aia istū equū ꝺz regere t refrenare t interdū vrgere calcaribus. Si vero eques. i. aia illā gemmā sobrietatis portauerit. caro q̄ est equ⁹ nō pdet sensum nec cespitabit in via moꝝ. nec cadet p pctiñ. imo etiā corpalē infirmitatē euadet. Nñ Gene. x. declamationū dicit. q̄ iō subito morimur. qz ꝺ mortuis viuimus. q̄c̄q̄d auiū volitat. q̄c̄q̄d piscium natat. q̄c̄q̄d feraꝝ discurrit. nostris scelerib⁹ ventrib⁹. Quare nūc subito morimur qz mortuis viuim⁹. de illo dicit etiaz Jnno. de vilitate ꝺdi. hūa. Initiū vite hominis aq̄ t panis. Bulok aūt nō sufficiūt fruct⁹ arboꝝ nō gna leguminū. nō radices herbaꝝ. nō pisces maris. nō bestie terre. nō aues celi. sz q̄rūtur pigmēta. pank aromata. capiunt obesa. que studiose coquunt t laute pank officio

minístroꝝ.alius ꝓtundit ꝛ colat.alius ꝓfundit ꝛ ꝓficit.substantiã ꝯuertit i accidẽs.naturã mutat in artẽ.vt saturitas trãseat i esuriẽ. reuocet appetitũ ad irritandũ gulã. nõ ad sustentandũ naturã.nõ ad necessitatẽ supplendam sz ad cupiditatẽ explendã.

Feria sexta post Letare.

Hat quidã languẽs lazar⁹ de bethania Joh. xj. Tho. ꝓbs.ij. de generatione dic̃ q mor⁹ solis in obliq̃ circulo est cã generatõis ꝛ corruptiõis. Cui⁹ rõ est qz si directe sp luceret sup emisperiũ nr̃m suo feruore terrã tñ desiccaret q sterilẽ efficeret. Quare ad viuẽtiũ ꝓseruatõez necessariũ ẽ. vt qñq̃ sol obliq̃ splendeat Sic spũal'r. si de⁹ q ẽ sol iusticie.sp lumẽ ꝓspitatis emitteret.multis esset cã sterilitatẽ ꝛ ifructuositatis q opa ꝑtutũ nõ facerẽt. Aduersitas eñ iusto⁹ non est signũ reprobatõis sz exercitiũ ꝑtutis.vij. q.j.aduersitas. Deus g̃ qñq̃ bonos ꝛ iustos obliq̃ p subtractionẽ pspitatis respicit. ꝛ in tenebris aduersitatis stare pmittit.vt si mortalia nõ habeãt venialia tñ ꝑ abluãt.vt si tepidi sunt etercitenť ꝛ ad deũ ire cõpellantur Bze. Hala q̃ nos ꝑ pmũt ad deũ ire cõpellũt.vl' vt laus dei augeať.ꝛ potẽtia ꝑtutis ei⁹ ab hoĩb⁹ cogĩcať. Sic etiã xp̃s amicũ suũ infirmitate mori voluit vt eũ miraculose suscitãdo a morte potẽtiã ꝛ gl'iam pẽis manifestaret. Quare dicit. ifirmitas hec nõ ẽ ad mortẽ. sz vt manifestenť opa dei i illo. s. Lazaro q̃ erat languẽs de bethania. Querit an mors ꝛ infirmitas ꝛ hmõi penalitates et aduersitates sint nob a natura innata siue a pctõ primo⁹ pentũ in penã iflicta. Et videť q a natura inata. qz ꝑm ꝓbm de generatiõe ꝛ corruptõe. Oñe cõpositũ ex cõꝝ⁹ naturaliter dissoluiť ꝛ debilitať. Patz ꝑ in oĩb⁹ animalib⁹ ꝛ bestiꝝ⁹ q̃ naturaliť moriunť.q̃ tñ nõ peccauerũt. Rñdet beaᵗ aug.ij.de ciui.dei. di. Deꝰ de lege nature nullã mortẽ fecit hoĩ sz merito iflicta ẽ pctis qñ pctñ vindicans deꝰ dixit hoĩ in q̃ tũc radicaliť omẽs eramꝰ. Terra es ĩ terrã ibis. Erat ei creatura hũana creata cũ dono originaľ iusticie q̃m aĩa hz pfectũ dñium sup corpꝰ viuificare ꝛ regere sine lesiõe vl' quacũq̃ infirmitate. ꝛ iõ hz potẽtiã nõ moriẽdi. Istud aũt dñiuz fuisset traductũ in plẽ qz fuit sibi datũ p se ꝛ suis heredib⁹ q̃diu essent deo subiecti. Qñ g̃ peccauit pdidit merito illõ bonũ. ꝛ iõ deserẽte volũtate volũtarie deũ creatorẽ suũ aĩa icurrit necessitatẽ deserẽdi corpꝰ suũ Hñ mgr̃ in.ij. sen.di.xix.allegãs Augu.dic̃. Creatꝰ ẽ homo ĩmortal' qõ erat ei de ligno vite.nõ ꝓditõne nature.mortal' aũt erat ꝓditõe corpis aĩalis.ĩmortalis bñficio ꝓditoris.ꝛ Aug. ℔ expmit exẽplo d. Oꝝ sic p̃stitũ fuit filiꝝ israel q̃ in .xl. ãnis vestimẽta eoꝝ nõ veterascerẽt ita p̃stitũ fuit Ade vt ñ moreret si comederet de ligno vite. Nõ q illud lignũ vite ꝓpria ꝑtute possit corpꝰ hoĩs facere ĩcorruptibile cũ hoc sit solius potẽtie diuine.sed qz ꝑtute sibi data hẽbat ad ℔ disponere. Et diuina virtus ligno illo tãq̃ sacramẽto assisteret q̃ immortalitatẽ ꝓficeret.℔ etiã ptz ĩ mlt̃is exẽplis. Haz mlta sũt aromata.vt mirra balsamꝰ.q̃ corpꝰ hoĩs diu a putrefactõe ꝓseruãt. Quo ñ dine ꝑtutẽ rõe assistẽtz diceret corpib⁹ illi immortalitatẽ ꝓbere. Sil'e hz ĩ sacrĩs q̃ dicũť cõferre gr̃am q̃ꝫ ipam gr̃az ñ creat sz diuina virtꝰ ipis assistẽs. Ad argumẽtũ in pncipio dicendũ. q sz hõ ꝓpositꝰ sit ex cõꝝ⁹ sit ꝑ donũ supadditũ nature fuisset ꝓseruať a morte. Hñ vez est q oẽ ꝓpositũ ex cõꝝ⁹ corrũpiť naturaľr. ꝑ tñ aliqõ ꝓpt donũ supadditũ esse icorruptibile.sic patebit post resurrectionẽ. Hec ẽ sil'itudo de bestiꝝ⁹ q̃ illud donũ nũq̃ habuerũt vt aĩe eoꝝ essent deo obediẽtes. Iõ in eis mors nõ ẽ pena sz natura. In hoĩe aũt sz natura in sepsiderata sit mortaľ habuit tñ donũ q̃ morte carere potuit. et iõ in nob ẽ pena qõ i aĩalib⁹ ẽ natura. Quãtũ ad psecutionẽ euãg. heri saluator ostẽdit penitẽti posse sbueniri suscitãõe adolescẽtis. hodie ꝓbit gratiã mãsuetudis iustificatiõz ferẽtis. Et ꝑm ℔ tria notãť spẽaliť in euãgelio Primo calamitas periculi affligentis. ibi. Erat quidã languẽs Lazarus.
Secũdo facilitas remedij exigẽtis.ibi. Lazarus amicꝰ noster dormit.
Tertio claritas miraculi excellẽtis.ibi. ihesus ergo vt vidit.

Quantũ ad primam ptẽ sic ibi ĩmediate pmittit. Cũ semel iudei audissent xp̃m dicere. Ego ꝛ pr̃ vnũ sumus. voluerũt eũ lapidare. ꝛ volẽtes eũ capere erimut ꝺ manib⁹ eoꝝ ꝛ abijt trãs iordanẽ vbi erat Joh. ad baptisandũ. ꝛ ibi morabaťur cũ discipul' suis. Locꝰ aũt ille distabat a bethania p vnã dictã. Bethania ꝓo distabat a

hir'm p duo miliaria.s.xv.stadia.z stadium ē pars.viij.miliaris Dū ergo ibi dñs eēt Lazar⁹ fr marthe z magdalene ad mortē infirmabat.z isti tres singulariť amabanť a xp̄o. Sorores ḡ lazari de amore dñi plene ꝓfidētes.nūciū ei miserī dicētes. Ecce quē amas infirmat.q̄si dicerēt. Ad subueniēdū nō solū mouere te dz nr̄a cōpassio.sz etiā ip̄ius amici tui languētis firma dilectio. Dñs aūt nūcio rñdit. Infirmitas h̄ ñ ē ad mortē. Et credendū ē.q̄ sorores ex ista rñsione nescientes intentōez dñi sūt pl'imū admirate q̄ eodem die q̄ ab eis recessit nūci⁹. Lazar⁹ obīt.licet aūt xp̄s singulariter diligeret eas. tñ audita Lazari infirmitate expectauit duob⁹ diebꝫ. et die.iiij.ad sepulcrū eius ꝙsus bethaniā iuit. Expectauit aūt ꝓpter tria .ꝓpter honorē dei. vt miraculū fiendū magꝭ pateſceret.ꝓp̄ vtilitatē lazari. vt pbata ꝓditione vite alterius revocatus ad vitaz magis ꝓficeret ī ꝓtemptū mūdi.ī desiderio celestis p̄mij.timore futuri iudicij z amore xp̄i.ꝓpter salutez pl'i. vt viso miraculo infideles crederēt.z credentes firmarenť. Z Doralit̄ p istū lazaz̄ lāguētē z amicū cui⁹ infirmitas nō fuit ad mortē p̄t notari q̄libet hō aduersitate vl' infirmitate flagellat⁹. Dic em̄ ē amic⁹ dei spēalis cui de mēsa sua hāc scutella misit. Hā sic p̄ carnal' filiū quē magis diligit pl⁹ corrigit. vt bñ disciplinat⁹ hereditatē inste possideat. Jurta illud ī cañ.xxiij.q.v.nō putes. Fil⁹ nō diligit q̄ nō disciplinat. Sic de⁹ celestis p̄ h aduersitatib⁹ filios suos corrigit z castigat vt exercitenť in ꝙtutib⁹.z tandē habeāt hereditatez eternā. Uñ Aug.ad Uincē. donatistā. z allega.v.q.v. Nō oīs. Quis nos ampli⁹ potest amare q̄z de⁹.z tñ nos nō solū docere suauit vez etiā salubr̄it terrere nō cessat fomētis leniby q̄b⁹ de⁹ ꝙsolat. sepe etiā mordacissimuz medicamētū tribulatōis adiūgit. Exercet fame p̄ſiarchas.s. Jacob z filios ei⁹. qui fame coacti iuerūt in egiptū.etiā pios z religiosos pl'm ꝓtumacē ḡuioribus agitat. Nō aufert ap̄lo stimulū carnis tertio rogat⁹. vt ꝙtutē ī infirmitate pficiat.z regnū eternū possideat. In signū hui⁹ posuit de⁹ añ padisū flāmeū gladiū vt significaret tribulatōes z aduersitates h⁹ mōi.sine q̄b⁹ nemo p̄t itrare rḡnū celoz.testāte ap̄lo. Per ml'tas tribulatōes oportet nos itrare re.ce. Hā p tribulatiōes aduersitatum.

Culpa z pena dimittiť.

Gratia dei tribuiť

Gloria celestis acq̄ritur.

Ad q̄z singula ꝓmerenda nō sufficit oīs tribulatio vite p̄nt̄s. Uñ bern̄.ad ꝓpositū sic inq̄t. Nō sūt ꝓdigne passiōes h⁹ tp̄is ad p̄teritā culpā q̄ dimittiť.ad p̄nte ꝓsolatōis gr̄az q̄ īmittiť.ad eternā penā q̄ remittiť.z ad futurā gl'iaz q̄ ꝓmittiť. Primo em̄ ꝓbat q̄ om̄es tribulatiōes h⁹ vite p se sufficiētes nō sūt ad dimissionē culpe z pene.culpa ei ē letale vulnꝰ aīe. cui⁹ lesio in ifinitū ē magꝭ q̄z lesio corporal'.inq̄tū spūs dignior est corpe. sz ꝓpter vuln⁹ corpale curādū necesse ē frequent' incisiones z adustiōes sustiere. Jurta illud dictū poeticū. Ut corp⁹ redias ferz patiers z ignē Quid ergo optreat ꝓp̄ aīe vulnera tollerare. Quāte ve difficultatꝭ sit cura ei⁹.oñdit dñs. Nu.xiij.vbi puniuit filios isr̄l'.xl.ānis iuxta numez.xl.diez q̄b⁹ exploraverūt terrā ꝓmissionis.z h̄ ꝓp̄ pctā eoz.hō em̄ merebat penā eternā.nec imerito.cū q̄libz pctū maxime mortale ethonoret deū. Quid ḡ erit oīs pena tpalis ad illā.z lz in ꝓtritiōe ꝓmutet pena eterna ī tpalē penā.nō tñ posset hō soluere si puniret fm demeritū culpe.q̄ punit citra d meritū culpe ex pietate diuie miseric̄ie. Item remittiť ex ea ml'tū ex vi clauiū ministerio sacerdotū. fm illud Joh.xx.q̄z remiseritis z̄c. Et.ij. Coz.ij. Cui aūt aliq̄d donastꝭ z ego. Nā z ego q̄d donaui si q̄d donaui ꝓp̄ vos ī psona xp̄i. vt ñ circūuēiamur a sathana. vbi dic glo. Jdē ē ac si xp̄s donaret. Jtē remittiť ml'tū d pena ex vi passiōis xp̄i. q̄ seip̄m puniuit p nob.z ex adiutorio eccl'ie q̄p pctōribus orat. Uñ.ij. Coz.v. Si xp̄s p oīb⁹ mortu⁹ ē ḡ z nos oēs mortui sum⁹. Cū ḡ tribulatiōes p̄nt̄es nō sūt sufficientes ad remissionē pene eterne rōe ip̄roportionabilitatꝭ finiti ad infinitū,pinde scti viri optabāt pati penas tpales etiā acerbissimas vt euaderent eternas Uñ abacuc.iij. Ingrediať putredo in ossib⁹ meis z subter me scateat. vt req̄escā ī die tribulatōis. Dil'r z Job.vj. Nec mihi ꝙsolatō sit vt affligēs me doloze nō parcat.nec ꝺdicā fmōib⁹ scti. Et rōnez hūit z loq̄bať ex instinctu spūs scti illumiať.eo q̄ passiones h⁹ tp̄is trāsitorie sūt.z q̄i ī modico affligētes. Oēs ei tribulatōes aut sunt leues z portari p̄nt. aut sunt gues z cito aīaz deiciunt. Et iō si pene tpales timēde sūt.ml'to magꝭ timēde sūt ille q̄ durabiliores sunt z sine fine.imo sine ꝓportiōe magꝭ affligētes. Uñ Isa.liij.scribiť

nō

Ad pctū ī modico derelicte. ⁊ ī miſatōibꝫ magnis congregabo te. In momento īdignatōis mee abscōdi faciē meā parūper a te ⁊ in mīa sempiterna miſeꝛ tui. ℟ Hoc ꝯdem cōsideās mauriciꝰ impatoꝛ petiuit a deo vt ip̄m puniret ꝫ. qđ ⁊ factū ē sic p̄dictū est sup̄ xiij. alpha. Z. in fine. ℣ Scđo pbat q ñ sūt sufficiētes tpales tribulatōes ad gr̄az cōsolatiōis īterne q̄ oēs passiones trāscēdit. vñ ip̄as amaritudines in dulcedinē ⁊tutū ⁊tit. sicut pt̄z de q̄busdā martyribꝫ ꝺ q̄bꝫ ꝺr. Deut. xxx iij. Immolabāt victimas iusticie. q̄ inundationē marꝭ q̄ lac sugēt. qđ dulce ē ⁊ nutrimētū pueroꝝ. sic tribulatio ⁊ pſecutio pabulū ē electoꝝ. ⁊ ꝫ facē viuificatō pacliti ⁊ pñtia ihu xp̄i. Hiē patet ꝺ theodoro martyre. q̄ q̄ꝺiu tormētat⁹ ē supplicijs sp gaudebat Et cū abeo peteret. vtꝝ sensuz ex integro habuerit ⁊ q̄les dolores. Rñdit q paꝝ de doloribꝫ sensisset sz a q̄dā iuuene sudore absterso ⁊ aq̄ frigida pfusus. ita delectatū fuisse vt nūc mesti oꝛ fact⁹ sit qñ deponi ꝺ eculeo iussus fuerat Ulñ bern̄. sic inq̄t Ol'ti vidēt nr̄as pūctōes q̄ nō vidēt nr̄as cōsolatōes. qꝛ ille sctōs suos vngit iterꝰ ī corde. q̄ dic. cū ipo suz ī tribulatione. Et tal'r in sua tribulatiōe dauid a deo fuit cōfortat⁹. q̄ dixit. Hcōm mltitudinē doloꝝ meoꝝ ī corde meo cōso. tue letificauerūt aīaz meā. qꝛ spūs ei⁹ est sup̄ mel dulcꝫ. Ecci. xxiij. imo fm bern̄. Adeo dulcꝫ ē vt q̄dē dulcedini ei⁹ p̄ualere ñ valeat amarissima mortꝫ amaritudo. Quid g̃ non tpet illa dulceꝺo q̄ mortē q̄dē facit dulcissimā. Que ei pspitas resistere p̄t vnctōi q̄ mortē facē dulcissimā. ij. Cor. j. qm̄ sic abūdāt passiones xp̄i ī nob. ita ꝫ p xp̄m abundat cōsolatio nr̄a. Ulñ ionas ait. Jone. j. Tollite me ⁊ mittite ī mare ⁊ cessabit mare a vob. Hoc ē lignū qđ ip̄as aquas in marath ꝑ Moysen dulcoꝛauit. Exo. xv. Hec ē farina q̄ pulmentū ꝓphetaꝝ p heliseū sapoꝛauit quarto Regū. iiij. Quia meditatō passiōis dñice dulcoꝛat ⁊ saporat austeritatē p̄nie nr̄e. Ulñ Job. vj. Que prius nolebat tāgere aīa mea. nūc p̄ angustia cibi mei sunt ꝫ ē sal federꝭ. qđ nulli sacrificio deesse iubetur ꝓpt̄ ei⁹ suauitatez. Leuit. ij. Ulñ Job. vj. Nunq̄d p̄t comedi insulsuz qđ nō ē sale ꝺditū. aut q̄s p̄t gustare qđ gustatū affert mortē Hec cōsolatio ē māna qđ datū ē filijs isrl' in desto donec terrā promissiōis īrarēt. de quo Exoꝺ. xvj. Mane iacuit ros p circūitū castroꝝ. qꝛ gr̄a diuīe cōsolatōis feruoꝛē ꝓcuꝛiscētie carnal' extinguit. ⁊ vndiq̄ ab aduersarijs defendit. Cūq̄ oq̄uisset supficiē terre qꝛ gaudiū cōscie resultat ī facie. apparuit ī solitudie. i. ī ꝓtēplatiōe. minutū ꝓpt̄ subtilitatē ꝓtēplatōis. ⁊ q̄ pila cōtusuz ꝓpt̄ suauitatē cōtritōis ī sil'itudinē p̄mine. qꝛ cādoꝛē hz ꝓpter mūdiciā ⁊ sctitatē. ⁊ ip̄inguat affectū pietatꝭ incēdit rigoꝛē ꝺisciplie. ⁊ restringit incētiua ꝓcupie. Qđ cū vidissent filij isrl' ꝺixerūt ad inuicē manhu. qđ signat q̄ꝺ ē ℔. Rñdit Moyses. Iste est panis quē ꝺedit vobis ꝺñs ad vescēdū. vt laboꝛē ⁊ laboꝛ tediū sustiere possit. Jō ꝺixit Mat. xj. Uenite ad me oēs q̄ laboratis ⁊ one. estꝭ ⁊ ego reficiā vos Quicq̄d sub sole placet. q̄cq̄d ī mūdo ꝓcupiscit. ñ poterit hāc p ℔ sibi copulare. Hec ē mltitudo dulcedis. delectatio coꝛdis. primicie spūs. panis q̄tidian⁹. stipēdiū mūdicie. refugiū hꝰ vite. Tertio pbat q nō sūt sufficientes pene tpales ād eternā gl'iaz pmerēdā. Prio qꝛ modica ista. illa aūt sūt eterna. vñ Bap. ij. In pauc⁹ verati. ī multis bñ ꝺisponent. Scđo qꝛ ista in loco calamitatꝭ. i. in mūdo. illa ī loco amenitatis. i. in celo. Ulñ ps. Hec recoꝛdat⁹ suz ⁊ effudi in me aīam meā. qm̄ trāsibo in locū tabnaculi admirabil' vsq̄ ad do. dei. Null⁹ em̄ amat qđ nō nō coꝛrigat vel saltez pbet. Sic artifex pbat auꝝ ⁊ argentū. ⁊ foꝛnax pbat figuli vasa. ⁊ rex milites vtrū ei sint fideles. Hic deus ꝺiuerſ tribulatōibꝫ pbat viz iustū. vt si eū cōstantē ī pacia īueniat. regnū sibi p mercede ꝓcedat. Ulñ Jsiō. de sū. bo. Tūc iustis gaudia ꝺisponūt eterna cū ī pñti tribulatōe pbant. Quāto em̄ in ℔ secūlo tribulatōibꝫ magꝭ atteꝛimur. tāto melius purgati deo in iudicio merebimur pñtari. et iō tribulatōes ⁊ mala hꝰ mūdi debem⁹ in patiētia ⁊ cū gaudio sustinere. ℟ ℣ Tertio qꝛ pena illa ꝺefacili tolerabilis est. sz gl'ia in dulcedine incōpr̄ehēsibil'. qꝛ ī se tāta ē q̄ hō p se sustiere nō possit nisi ℔ deo faciēte Quia fm bern̄. In patria merces sctoꝝ tā magꝭ est q nō pōt mēsurari. tā mlta q nō pōt numerari. tā copiosa q nō pōt estimari. Et℔ scī ꝺam cōsideātes sustinuerūt passiones. fm illud Greg. Cōsideratio p̄mū minuit vim flagelli. Ecōtra q̄ꝺā℔ minime cōsideāt. immo onꝰ leue g̃ue putāt. Ulñ Chrisō. Nō video q aliq̄s nr̄m vera ⁊ pfecta cupiditate celestiuz teneat aliq̄n oia q̄ vident etiā g̃uia. vmbrā putarem⁹ ⁊ risuz. Et sic beat⁹ Ignaci⁹ cōsiderās istā penā esse leuē ⁊ velociter trāseun-

tem desiderabat nō solū a bestijs deuorari. sz z carnē ferreis pectinibꝫ discerptari. tm̄ vt possz xp̄m hijs supplicijs adipisci Etiā beat⁹ Paul⁹ ꝓsiderās suauitatē z dulcedinē visionis beatifice in xp̄o cupiebat dissolui z cē cū xp̄o. Nec mirꝫ qz vt ait Jsiō. q fuke vite p̄mia diligenter excogitat. pn̄tis vite mala eq̄ nimiter portat.

Secūda pars in qua

notat facilitas remedij exigētis. ibi. Lazar⁹ amic⁹ nr̄ dormit zc. Qñ em̄ discipuli audierūt xp̄m dicentē. Eam⁹ i iudeā iterꝫ. timere ceperūt nimis. q̄re cogitauerūt eū reuocare ꝓpter odiētiū psecutōez. vt qz eū volebāt occidere. nō expediret se iterꝫ morti exponere. Mortē em̄ magr̄i sui z etiā p̄riā vehemēter formidabāt. Dñs aūt rn̄dit. Nōne. xij. hore sunt diei. q. d. sicut hore diei nō sunt stabiles sic nec affect⁹ hoim. Et iō nō credatis iudeos sp̄ī tali pfidia pseuerare. z marie illi q ambulāt i die. i. i vitate sine malicia sic. vos. nemīnē offendūt nec scādalizāt. sz q ābulat i tenebris z in dolo ille dz timere. Post h̄ addit Lazar⁹ amic⁹ nr̄ dormit. Q̄ audiētes discipuli iterꝫ conāt eū retrahere. ꝓponētes lāguoris facilitatē di. Dñe si dormit salu⁹ erit. i. curabit statiz. qz bonū ē signū qñ infirm⁹ pcipue frenetic⁹ dormit. qz vt q̄dā dicūt Lazarus ex infirmitate i frenesiz venit. cui⁹ remedium ē sōn⁹. Intēdūt g̃ dicere. si dormit signū ē q ꝓualuit. z iō nō necesse est vt vadas illuc xp̄s ꝓo dicebat de morte. qz fm ph̄m. Sōnus ē mortis imago. z iō mortē vocabat dormitionē Facili⁹ ei poterat mortuū suscitare q̄ q̄s valeat dormiētē excitare. Tūc dixit eis apte. Lazar⁹ mortu⁹ ē. sz gaudeo ꝓp̄t vos q fi des vra ex tāto ꝓfirmet miraculo eam⁹ ad eū Tūc tertio conati sūt eū retrahere. ꝓponētes ei sui amorꝫ iseparabilē vnionē. dicēte thoma Eam⁹ z nos z moriamur cū ipo. q. d. Si de tua morte ñ curas. saltē de nr̄a curare debes q pot⁹ volum⁹ mori tecū q̄ viuere sine te zc. Et ¶ Horat⁹ p discipulos istos formidulosos mortis z de facti xp̄i ignaros notat simplicitas hoim mūdanoꝝ z fatuitas. q mortē formidāt z pauēt. quā tñ euadere nō pñt. de q̄ fatuitate loq̄t sene. ō remedijs fortuitoꝝ dicēs. Stultū ē timere q̄d euitari ñ pt Hā natural⁹ vt hī ex. j. phi. vnūq̄q in id resoluit a q cōponit. Entia em̄ naturalia resoluūtur in materiā z formā ex q̄bꝫ etiā cōponunt Corpus etiā hoīs nascit ex terra z in terraz resoluit. Juxta illud Gen̄. iij. Terra es z in terrā ibis. Et qz hō ex corpe z aīa cōponitur etiā necessario p mortē ab eisdez resoluitur. Quia vt hī de pomo z morte Aristo. Mors nihil aliud est q̄ recessus aīe a corpe. Cum ergo necessario fieri oporteat stultū est illud formidare z reluctari. Vñ Cyprian⁹ vt alleg. xiij. q. ij. Quā ꝓposterū. phibet lugere. i. ꝓtristari p nr̄a morte di. Quā ꝓpostex est q̄ q̄ quersum. vt cū dei volūtatē fieri postulemus. qñ euocat nos z accersit de h̄ mūdo. ñ statim volūtatis ei impio pream⁹ obnitimur z reluctamur. z puicaciū morte fuorum ad ꝓspectū dñi cum tristicia z merore pduci mur. exeūtes istinc necessitatis vinculo ñ voluntatꝫ obsequio. z volum⁹ ab eo p̄mijs celestibus honorari. ad quē venim⁹ inuiti. h̄ ille. Hō sic timuit mortē vas electōis paul⁹. sz suspirio mortē anhelabat dicēs. Quis liberabit me de carcere mortis hui⁹. cupio dissolui z cē cū xp̄o. Vñ etiā de sctō Jacobo q cognomēto ō: iercisus. legit talē habuisse cū p̄ncipe psaz dyalogū q ei mortē minabāt inferre. nisi i deoz cultura maneret dicēs. Noli iprudēter agere ne gui morte peas. Cui iacob⁹. Nec nō mors ē. sz pot⁹ somn⁹ ē dicēd⁹. cum p⁹ modicū resurrectio tribuat. Cui p̄ceps. Nō te seducāt nazarei dicētes mortē eē somnū. qñ magni ip̄atores timuerūt eā. Cui iacob⁹. mortē nō timem⁹. qz ō morte ad vitā trāsire speram⁹. Cōgrue g̃ mors somno cōpatur. De q̄ etiā xp̄s dixit Lazaro mortuo. lazare amic⁹ nr̄ dormit. D ¶ Est ei notādū q ꝓ mors est triplex. scz.

Corpalis z meditanda.
Spiritualis z fugienda.
Beh̄enalis z timenda.

Prima ei mors ē meditāda q̄ meditatio valet ad m̄lta vicz ad ꝓtēptū mūdi. ad humiliationē sui. ad fugā pcti. ad regēdū vitā. ad faciendū pn̄iaz z ad appetēdū vitā eternā. Primo dico q ꝓtēpt⁹ mūdi p memoriā mortis habet. Hā mūd⁹ trāsit z ꝓcupia ei⁹. z morte terminat oīs delectatio mūdi. Sic g̃ poma in arboribꝫ scindunt z vi auellunt. z si matura z decocta. decidūt. sic vis adolescētibꝫ vitā aufert. senib⁹ maturitas. vñ Tull⁹ de senectute. Mors ꝓtingit adolescētibꝫ natura aduersante. z iō g̃uis. senibꝫ ꝓo venit tāq̄ spōte nulla vi adhibita. z iō leuis. Et Aug. sic in q̄t. Vita p̄ns nihil aliud ē q̄ ad mortē curre

ret. Per oppositum igit̄ homines laborant vt diu viuant. ne perueniant ad terminū vite seu vie. vñ studia eoꝝ sunt valde ỹria. ambulare ei volūt t peruenire nolūt currūt ad terminū volūtarij. quē tm̄ apprehēdere nō cupiūt. Quos tullⁱ⁹ i li. p̄dicto redarguit dicēs. Tanta ē in hoīb⁹ stulticia incōstantia atq; puersitas q̄ oēs senectutē p quā morti appropinq̄mus vt adipiscant adoptāt. t eandē adepti excusant. ¶ Vñ antiq̄ vt mortis ꝓpiquitatē plene exp̄merēt. ipam in forma ỹginea depinxerūt facie velatā. absinthio coronatam sanguine maculatā. Primo depingit virgo qr sic virgo dr eē incorrupta corpe t mente. ita nec mors corrūpit minis nec p̄ce. sz equaliter inuadit iuuenes simⁱl t virgines. senes. pauperes. t diuites. nobiles t degeneres. sic q̄ nec est qui se abscōdat a calore eiⁱ⁹. ỹ. Est necesse mori. iuueni simul atq; minori. Mors nō cedit maiori nec parcit honori. Unde ex hystoria Alexandri t etiā Bragmanoꝝ habetur. Q̄ ipi bragmani q̄i phi erātes i deserto oia mūdana ꝓtenebāt. q̄b⁹ ab Alexādro nūcijs missis mādauit vt peterēt ab eo quicq̄d vellēt. At illi rescripserūt dicētes. da nobis īmortalitatē quā summe desideram⁹. At ille rescribēs ait. Ego sum mortal⁹ t qñ vob⁹ īmortalitatē dare potero. Illi ꝙ dixerūt ei. tu g̃ cū sis mortalis q̄re tot mala facīēdo discurris. Justū est eē deo subditū t mortalia nō paria de deo sentire. Scō imago absinthio coronat. qr sic absinthiū ē herba amarissima. ita t mors. Unde phs. iij. ethi. dicit. q̄ mors est finis oīm terribiliū. Et in eccliastico. O mors q̄ amara est memoria tua homini iniusto. Jtē sanguine maculat. qr peccatorū multitudie freq̄nter deformat. Cōtra qđ p̄s. petit. Libera me de sanguinib⁹ tē. ¶ Scō memoria mortis valet ad humiliationē sup̄bi⁹. Unde antiq̄ volētes se hūiliare posuerūt cineres sup capita sua i memoriā mortis. qr cinis essent futuri. iō hoc dictū ē Deme̅to qr cinis es t i cinerē reuerter⁹. Eccli. x. Quid sup̄bis terra t cinis. Unde legit de Dyogene phō q̄ quadā vicē stetit in canali pleno ossib⁹ mortuoꝝ t vertebat ossa hinc inde. Quē cū Alexāder ispexit dixisset ei. qđ facis. Ille rñdit. nō possum inuenire qđ volo. putabā em̄ inuenire differētiā inter ossa t ossa ditū t nobiliū necnō pauperū. sed nullā repio. qr sūt oēs vnius formē. t mors eos oēs equit. Et in hysto. romanoꝝ legit. q̄ Octauiano fuit facta statua t in frōte statue fuit scriptū nomē impatoris cesar. t post statim fulgur p̄cussit statuam t abstulit ab illo vocabulo c. ita q̄ q̄ pri⁹ dicebat cesar. futurꝫ erat esar dicere de eo. Cesar em̄ deriuat a cedo. is. ere. esar. ab edo is. ere. ad denotandum q̄ cito erat edendus a vermibus. Qui g̃ sane mētis ꝑsideraret finē suū.. q̄ erit terra t esca vermiū. merito se hūiliarꝫ. Tertio memoria mortis valet ad fugā p̄cti Eccl. vij. Memorare nouissima tua t in eter. nō peccabis. q̄ enim recolit mortē dr cogitare q̄ p̄cm est cā mortis. Ben. iij. Quacunq; em̄ die comederitis morte moriemi. Vñ Aug. Nihil sic revocat a p̄cto q̄m frequens mortis cogitatio. Hī pauo visis pennis supbit t caudā extendit tota. sz visis pedib⁹ caudā deponit. Sic hō nō ꝑsiderās finē mortis multis peccatis se exponit sine timore. sz ꝑsiderato fine erubescit t peccare cessat. q̄re dicit p̄s. Sciant gentes q̄m hoies sunt. i. mortales. Quarto valet ad regendū vitā suā. aues t pisces regūt se cauda iumenta t boues cauda se defendunt a muscis. sic hoies vitā suā dirigūt t temptationi bus resistūt mortis memoria. Job. xij. Interroga iumēta t docebūt te. t volatilia celi indicabūt tibi t pisces mar⁹. Ad modū gubernatoris debet se regere hō. Haz gubernator q̄ bñ vult regere nauē. ponit se in finē nauis t nauē añ se dirigit t picula euitat. Sic hō ponat se meditatōe ad finē vite sue. vt possit ad bonū exitū nauē. i. vitā suā dirigere. Seneca. Considera q̄z pulcra sit res ante mortem vitā ꝑsūmare. deinde secure expectare reliquā partē tp̄is sui. ¶ Quinto valet ad penitentiā faciendā. Cum audisset rex Ezechias q̄ mori ōbebat. fleuit. Isa. xxxviij. Et rex Ninive audita cōminatione Jone. Adhuc q̄draginta dies sunt tē. indut⁹ ē sacco Jone. iij. Vñ legit de quodā milite flagicioso. q̄ cū cōfessus nullā penitentiā a papa Alexādro iniunctā vellet facere. dedit ei papa anulū suū q̄ p penitētia portaret tali conditione. q̄ eū respiceret t cogitaret de morte sua. qđ cū pluribus diebꝫ fecisset. rediens ad papā dixit. q̄ paratⁿ esset omnē penitentiam adimplere. Certo valet ad appetendū vitā eternā. Vñ Paul⁹ cupiebat dissolui et esse cū xp̄o. Phil. j. Sic etiā multi sancti p̄pter vitā eternā cōsequendā tradiderunt se sponte morti. De quib⁹ psalmista. Pretiosa in cōspectu dñi mors sanctorū eius. ¶ De

cunda mors spiritualis est duplex.s.bona et mala. Bona quidē est.quādo quis siue per baptismū siue p penitentiā morit̄ peccato vt habetur de conse.dist.iiij.c.vt ostenderet. 7.c.se. Mala autē mors cuz quis morit̄ p peccatuz.xxvj.q.ij. Qui sine.7 hec est fugienda. Mors spiritualis bona est cū quis per penitentiā morit̄ peccato. Unde Ro. vj. scribit. Qui eñ mortui sum⁹ peccato. quomodo adhuc viuem⁹ in illo. Unde narrat q quidā mercator transiens p siluā inuenit centenariū heremitā ibi degentē. a q̄ q̄siuit q̄d ibi faceret. Rñdit heremita disco mori. 7 mercator. Que ē necessitas cū sis senex quia alias oportet te cito mori. Et heremita. ℔ est q̄ timeo.q7 scio me moritur.7 nescio mori. Et mercator.q̄d est scire mori.heremita. Uicia dimittere.7 opa bona facere. Juxta illud ps. Declina a malo 7 fac bonū. Unū macrobi⁹ de somno Scipio.li.i. de Platone sic inquit. Plato in phedrone dicit. Homi nō est sua spōte moriendū. Sz i eodē dyalogo dicit mortē philosophantib⁹ appetendā 7 ipaz phīam esse medicinā moriēdi. Nec eñ ptraria videnť sibi esse.sed nō est ita.quia Plato duas mortes homīs nouit. quaz vnā natura.alterā vtutes p̄stant. Homo eñ morit̄ cū aīa corpus reliquit solutū lege nature. morietiā dr cū aīa adhuc in corpe hospitata.corporis illecebras phīa dictante ptemnit.7 cupiditatū dulces ysidias 7 reliquas oñes exurit passiones. Et hāc mortē dic̄ Plato sapiētib⁹ appetendā.hec Macrobi⁹ ℣ Mors aūt spūalis mala fit spēaliter omissione cōmissione 7 opis cōpletōe. Prio fit cuz q̄s facit q̄ nō tenet facere. 7 omittit q̄ nō ē faciendū. Apoc. iij. Scio opa tua q7 nomē habes q viuas 7 mortu⁹ es. Unū beat⁹ Aug. xiij. de ciui. dei. sic inq̄t. Tāta gr̄a dei p̄stitit vt mors quā ostat vite esse ptrariā instr̄m fieret p q̄ trāsiret ad vitā. Mors mala fit etiam cōmissione. dū hō facit q̄ phibitū est et facere nō deberet. Hiere.xxxj. Unusquisq in iniq̄tate sua.s.p̄riū act⁹ morietť.7 nō i pctō alieno morit̄ hō sz delicto p̄rio. 7 Sap.xvj. Hō p malicīā occidit aīaz suā Idcirco dñs dixit iudeis. Cauete ne ascēdatis in montez nec tangeť finē illi⁹.q7 ois q̄ tetigerit mōtez morte morietť. Et taliter Saul ptra dei preceptū montē superbie 7 ambitōis ascēdit.ideo in bello q7 primo cōmissiōe in aīa mortu⁹ fuit.etiā corpaliter interijt 7 mortu⁹ est.j. Reg. vlti. Tertio morit̄ hō opis cōpletione. Jac. j. Peccatū cū ꝯsummatū fuerit generat mortem. ℣ Sz querit̄.p̄t ne hō spūaliter mortu⁹ vere dici hō. Dico q nō. sz tm̄ equivoce est homo.s.p̄z nomē. Sic hō depictus dicit hō.q7 solū nomē sibi retinet 7 non rem Et diffinitio hominis est quersa. Nō sic patet quia homo pdidit diffinitionez p̄riā in qua cōditus erat talis. homo est aīal rationale īmortale. Cōstat eñ hominē a deo immortalitatē accepisse.quia poterat nō mori. Sed homo peccando duas differentias amisit.necnō sine causa duplex mors suit sibi cōminata. Hā primā differentiā.s.ratiōalitatē amisit.quādo intellectū pdidit. 7 solū sensum quo vtunť bestie se habere ostendit. 7 hoc erat quādo peccauit visu. tactu 7 gustu. Quare in ps. dicit. Homo cū in honore esset nō intellexit 7c. Et Eccs.iij. Nihil habet homo iumēto amplius. Secōam etiam differētiā pdidit.s. immortalitatē. qñ necessitatē moriēdi incurrit.nec mirz.quia ablata prima differētia auferť secūda. quia secūda p̄supponit primā in diffinitiōe bene data. q7 ergo pdidit rationalitatē.etiā pdidit īmortalitatē.7 factus est mortalis. Unō Sap. vij. Sū quidē 7 ego mortalis hō simīlis oībus Ergo nō remāsit sibi nisi gen⁹. videlicz aīal de vera diffinitōe hominis.sed q7 genus nō potest esse in rer̄ natura nīsi in aliqua specie oportuit q in aliq̄ specie aīalis remaneret.7 verz est q in vilissima specie.s.in specie ꝑmis Et illud patet ex duobus. Primo ex pte sue generationis passiue. Hā maxime p̄riuz est vermis ex putredine generari. Sic 7 homo ex vilissima putredine.q7 ex cōcupiscētia viciosa 7 in peccato q̄ est putredo pessima. p̄s. Ecce eñ in iniq̄tatib⁹ ꝯcept⁹ sum 7c. Unde Job.xxv. Hō putredo est 7 filiꝰ homīs vermis. Et Greg. Filiꝰ hois vermis dicit.quia ex mortaliū corpoz corruptōe p̄pagat. Secundo patet ℔ idē ex sua generatione actiua Generatio ei hois actiua ostat q est vniuoca. 7 in tali generans est simile in specie generato.sz generatū ex hoie vermis ē. Juxta illud Eccl.x. Cū mortuus fuerit homo hereditabit vermes.serpentes. 7 bestias. ergo dicit.hō quidē vermis 7 nō hō. Juxta illud psal. Ego suz vermis 7 nō homo.patet ergo q non sine causa dicit psalmista. deū habere memoriā homīs cū dicit. quid est homo q memor es ei⁹. q7 memoria est respectu p̄/

teritorum ⁊ non presentiū. vt dicit philoso/
phus. ergo psalmista innuit q̄ homo fuit in
p̄terito ⁊ nō in p̄senti. Uñ idē dicit. Memo
rare q̄ mea substantia ⁊c. ℟ ℣ Ista em̄
memoria est homini multū vtilis. q⁹ hō pec/
cando duplicē differētiā pdidit sue diffiniti
onis. ⁊ duplicē mortē incurrit. ꝓpter qđ non
est ver⁹ homo. Jō duplici generatōe spūali
puidit homini q̄ nascit vt suā diffinitionē re
cipiet. Prima quidē est in baptismo. De qua
Joh̄. iij. Oportet vos nasci denuo. ⁊ ibi recu/
perat hō primā differētiā. s. rōnabilitatē ⁊ ℔
in re. Secōam ꝙ. s. imortalitatē in spe. ꝓpter
qđ recupat q̄ renascit verā qđāmodo huma
nitatē. ⁊ ℔ est qđ mirat Nicodemus cū dicit
Nūo pōt hō nasci denuo cū sit senex. s. vetu
state pcti. Secōa aūt natiuitas est ī finali iu/
dicio. de q̄ ꝛ Mat. xix. In regeneratiōe cū
sederit filius hois ⁊c. Et ī illa recupabit hō se
cundā differētiā. s. imortalitatē nō in spe sz ī
re. vt sic homini nato ꝓueniat vera diffinitō
vt iā nō sit q̄si vermis reptās in terra. sed sic
angel⁹ dei in celis. Mar. xij. vt verificet illō
Apoc. xxij. Ecce taber. dei cū hoib⁹. ⁊ habi.
cū eis. ⁊ ℔ de secōo principali ⁊c. ℣ Tertium
principale. s. de morte gehēnali. q̄ mors pre/
miū est atq̄ stipendiū pcti mortalis. Apl⁹.
Stipendiū pcti mors est. Et Sap̄. xvj. Tu
es dñe q̄ vite ⁊ mortis habes ptātez. ⁊ deduc
ad portas mortis. ⁊ reducis qui supple volu
erit. Juxta illud Ezech. Nolo mortem pec/
catoris ⁊c. Qui aūt impenitens pmanserit.
vt hz de pe. di. vlti. oīno morit⁹ ⁊ cruciatur et
si semp̄ viueret sp̄ peccaret. ac dei est miserē/
tis q̄ opat⁹ finē pcti. ob hoc etiā sine fine tor
q̄bit⁹. q⁹ nūq̄ virtute dirat⁹. sp̄ plenus iniq̄ta/
te. sp̄ sine charitate. sine fine torquebit⁹ aqua
morte custodiat nos xp̄us q̄ regnat ⁊c.

℣ Tertia pars in qua

tractat⁹ claritas miraculi excellētis. ibi. ihus
ergo. Nota ꝛ in euangelio q⁹ ihus fremuit
spū q̄ gemit⁹ surgebat et indignatiōe ꝑ dya
bolū. p cui⁹ suggestionē mors intrauit ī mū
dū. quē erat cito p̄ mortē expellatur⁹ ī cruce
fremuit. i. cū quodā strepitu intra se gemuit
⁊ gemitu quodā stuperoso sono voc⁹ exp̄ssit
⁊ turbauit seip̄m. i. turbatū se ostēdit ex com
passione ad Lazar⁹ ⁊ sorores ei⁹. ⁊ vidēs lo/
cū sepulture lacrimat⁹ ē. Jussit tollere lapi/
dē ⁊ clamauit. veni foras Lazare ⁊c. ℣ L
Moraliter in hac p̄te notare xp̄i magna pieta
tem possumus. q̄ nō fetidissimū pctōrē spnit
visitare p̄ suā grām. imo euz vocat ⁊ suscitat
dū sorores lacrimātes respicit. s. intelligen/
tiā ⁊ volūtatē. Qñ ei hō cognoscit ⁊ intelligit
q̄d ꝑ deū fecit ⁊ desiderat ⁊ vult penitere de
pctis. tūc xp̄us ex cōpassiōe pctōris lacrima
tur ⁊ affectū pietatis oīdit. Debz ḡ peccator
illas sorores ad ip̄m mittere dicēs. dñe si fu/
isses hic p̄ grām. fr̄ me⁹. s. spūs nō esset mor/
tuus pctis. Est nāq̄ p̄ntia grē p̄seruatio cul
pe. sic p̄ntia radij solar⁹ ꝓseruatio fertilitat⁹ ⁊
expulsio frigoris. Nā vt dic̄ phus. ij. methe.
Sol ꝓpter suā elongatōez ⁊ approximationē
est cā generatōis ⁊ corruptōis eoz q̄ fiūt na
turaliter ⁊ corrūpūt⁹ in reb⁹ iferioribus. Qua/
re etiā scōo de generatione dic̄. q⁹ aduenīēte
sole aīalia ridebūt. recedēte ꝙ sole flebunt.
Sic etiā absente xp̄o ⁊ ei⁹ grā illuminante ⁊
ꝓseruāte aīa pctis marcescit ⁊ morit⁹. nullūq̄
bonū deo ad meritū ꝛceptū opat⁹. sed eo ad
ueniēte grā tenebras vicioz illumiat. vicia
expellit. naturā aīe ꝓfortat ⁊ aīam ad oīa pfi
cienda disponit. Unō Aug. de ꝓse. dist. iij.
Grā q̄ p̄ xp̄m dat⁹ nō solū remissionē pctōrū
facit sed etiā vt lex impleat⁹. natura liberet. ⁊
ne peccatū. i. fomes dñet⁹. Hoc oñdit⁹ in La
zaro q̄ absente xp̄o mortu⁹ est. sz eo aduenīē/
te eū a morte suscitauit. naturā ꝓfortauit ⁊ ei
gressum tribuit. grē sorores ei⁹ xp̄o dixerūt.
Dñe si si fuisses h̄ frater me⁹ nō fuiss⁹ mortu⁹
℣ ℣ In quib⁹ verbis tria notantur.
Saluatiua gubernatio. ibi. Domine.
Cōmunicatiua habitatio. ibi. si fuisses hic.
Potestatiua ꝓseruatio. ibi. fr̄ me⁹ nō fuiss⁹ ⁊c
Quātū ḡ ad p̄mū sciendū q⁹ differētia est in/
ter dominiū ⁊ gubernationē xp̄i. ⁊ alterius
cuiuscūq̄ talis dñi. Omīs em̄ gubernatio
dñi talis se ad subditos tm̄ extēdit inq̄tuz
cōmodū p̄riū inq̄rit. Unde talis dñs alios
gubernās est vt ab eis ꝓsuet⁹. Non sic xp̄s
nos gubernat. q⁹ nr̄a custodia nō idiget. nec
bonis nr̄is. sz ecōtra nos ei⁹ bonis ⁊ ꝓserua
tiua gubernatōe. p̄s. attestāte. qui eū inuocā
do sic ait. Cōserua me dñe. q̄m speraui in te.
Unde narrat⁹ in libro de naturis lapidū. de
quodā lapide q̄ vocat⁹ epistites. q̄ illas duas
virtutes dicit⁹ habere. videlicz q⁹ discordiaz
sedat. similiter ⁊ tutū ꝓseruat gestātē. in qua
cūq̄ etiā sorte dubius q̄s fuerit. Hoc tū ꝑi
derandū est q⁹ si p̄dictos effect⁹ efficere de/
bet requirit⁹ q⁹ portet⁹ ex ea p̄te homīs in qua
iacet cor. Moraliter lapis ille chris⁹ est. qui

Dico ꝑmo q̄ peccatū bonis gratuitis nos spoliat zc. Hā ſm Aug. de laude charitatis In charitate paup q̄libet diues ē. sine charitate oīs diues paup est. Et rō est. q̄ si hō totū mūdū possideret z charitatē ñ haberet cū diuite epulone sepeliretur in īferno. In oppositū aūt. si q̄s minimū gradū charitatis haberet. supposito q̄ esset debilis z nihil aliō possideret. cū Lazaro paupe in sinū Abrae deportaret. vbi ē plenitudo gaudij z fruitio incōmutabilis boni. In īferno aūt nihil. ni si stridor dentiū. pena intolerabilis. z miſia sine fine. Cui⁹ figurā habem⁹ in filio. pdigo q̄ ꝓsumpta tota substātia eius. luxurioſe viuendo cepit egere. z de siliq̄s porcor cupiebat ventrē suū ip̄lere. z nemo illi dabat. Luce. xv. Unō ad ꝓpositū adducēdo. antiq̄ ſm Fulgētiū. ip̄m peccatū sub imagie mulieris depinxerūt b mō. Stabat quedā regina cōtinue tremēs. z vocabat dea infernalis. z in circūitu eius stabāt tres imagines. vna dei alia hoīs. tertia dyaboli. Et imago pcti tribus his imaginibus tres cartas porrigebat In quaz ꝑma ad imaginē dei ꝓtinebat sic. deū saluatorē meū ego miſa pdidi z oēs angelos ei⁹. Ue ve mihi vt q̄d nata suz. In secunda ad imaginē demōis habebat. in pfunduz inferni detracta suz. quia misericordia dei me abiecit. Sed in tertia ad imaginem hominis ꝓtinebat sic. Dia mala. oīs horror. z oīs tribulatio finis me⁹ est z oīs pena. Solū cupio vt si q̄s me diligit seu dilexerit b si bi innotescat q̄ q̄ sibi ꝑdesse nō vult ꝑfectu z z liberationē ab alijs nō exꝑectet. q̄ dicipiet sicut z diues in inferno. vt stat⁹ ei⁹ suis fratribus nūciaret. audit nō ē Lu. xvj. Et quibus dict⁹ oīb⁹ appet q̄ ip̄m pctm̄ ē adeo malū z nociuū q̄ bonis gratuitis nos spoliat p se relinquēs egestatē. ℣ Scdo pctm̄ adeo malū est z nociuū q̄ in bonis naturalib⁹ nos vulnerat zc. Hā ip̄e hō in honore tangitur. q̄ in naturalib⁹ tm̄ lesus ē q̄ cōparet⁹ est iumētis insipiētib⁹ z similis fact⁹ ē illis. ps. xlviij. ℣ Unde ad lrā. ip̄e nabuchodonosor pluribus diebus iumētū se esse credidit. peccati gladio sic vulnerat⁹. vt habet clarius Dan. iiij. Et merito q̄ quilibet faciēs peccatū iumentū efficit z brutū aīal cū ceteris aialib⁹ vocari debet eo q̄ ꝓpriaz diffinitōez amisit. Nam ante peccatū dū hō ſm rationē viuebat. dicebat aīal rōnale īmortale. Post pctm̄ vero dū ꝓtra rōem tm̄ sensualiter viuit diffinitur Homo est aīal irrationale mortale. Et hec diffinitio ꝓuenit aialib⁹ brutis cū quib⁹ ꝑticipat. sicut etiā serra lignea nō dicitur serra ſm ꝑhm. nec nauis lapidea ōr nauis. eo q̄ vsum z actū ꝓprie operationis nō habent. sic z homo dū ſm rationē z actum ꝓprie actionis nō operat. nō dicit homo nisi equiuoce z impropꝛie. nomia em̄ sunt ꝓsequētia rebꝫ. instit. de dona. §. est z aliud. Cui etiā sibi cōuenit mortale. q̄ tunc spūaliter mortu⁹ est. Et hō est q̄ creator oīum de⁹ in principio mundi homini dixit. Quocūq̄z die peccaueriſ morte morieris. Gen. ij. z apl⁹. Si ſm carnez viueritis moriemini. Homo aūt sic spūaliter mortu⁹ fetet z abominabilis reddit deo z sanctis angelis ei⁹ z oīb⁹ hoīb⁹ sanctis z bonis dū est cū eis in aliq̄ ꝓgregatōe. q̄ sicut candela ardens homines delectat z illuminat z extincta fetorē nociuū relinquit. partū em̄ ꝓegnātis mulieris potēs ē necare z destruere. Sic hō viuēs oīes delectat z illuminat. ℣ Ex q̄n peccādo lumē rōis extinguit. post se relinquit fetorē male fame et bonos ꝓcept⁹ alioz deuotoz impedit z interimit. De homie sic mortuo spūaliter z sepulto in terra aliena. z vaste solitudinis. vermes multarū temptationū nascunt z se publice ostendunt. ita q̄ libet talis dicere possit cū ps. Ego sum vermis z nō homo. opꝓbrium hoim z abiectio plebis. ps. xxj. Unō z in Job. xxv. c. scribit. Homo putredo est z fili⁹ hoīs vermis. Et Greg. in moza. li. xvj.

c.xxvj. Quid nanq; caro nisi putredo ⁊ ver/mis est. Et quicunq; carnalibus desideriis anhelat. quid aliud q̄; vermē amat. que enim sit carnis substātia. testat sepultura. Ulñ si/cut ex homine filius homis generat. sic ex ver me vermis ꝓducitur. generatur ⁊ vocat. qđ est despectio magna et inhonestas humane nature q̄ subsecuta est ex lesione peccati mor talis. nec illa sufficiūt. sz qđ despectabilꝭ est peccando moraliter homo sic infamis effi/cit q̄ q̄si totaliter ꝑ nihilo reputat. Et habe tur hoc ex verbis Augustini sup Johānem sic dicētis. Peccatū nihil est ⁊ nihil fiunt ho mines dū peccāt. Nō quidē ꝑsideras dauid dixit. Quia inflāmatus est cor meū. et renes mei cōmutati sunt. et ego ad ni. tē. ps. lxxij. Unde ⁊ beat⁹ Bernñ. in meditatōibus suis sic inquit. Multi multa sciūt ⁊ se seipos nesci/unt. qui si aduerterēt seipos min⁹ q̄; nihil re putarēt seu inuenirēt. Nō quidē pōt facilit ꝑpendi arguēdo sic. Dis q̄ facit pctm̄ seru⁹ est peccati. Joh. viij. Sz seru⁹ nō est maior dño. Joh. xiij. ergo qui peccatuz facit nō est maior peccato. Sz ꝑm beatū Aug. Pecca/tum est nihil. ergo faciens peccatuz facit se/ipm parē nihil vl̄ mīorē. Et ideo Job. xxx. de seipo sic inq̄t. In nihilū redactus sum et velut nubes sal⁹ mea. Hoc totū facit pecca tum. ergo vltra nō seruiam⁹ peccato. Ter/tio peccatū est tā malū ⁊ nociuū. q̄ in bonis moralibus nos deordinat. Nā nihil est homī adeo gratū ⁊ salubre qđ peccatū nō deordi/net ⁊ noxiū faciat ⁊ penale. Sicē em̄ putredo pomi. illud in oī pulcritudīe maculat. despe ctū facit ⁊ abiectabile. sic peccatū oīnia pul/cra despectabilia. oīa dulcia cōtemptibilia. omia chara facit amara. Nā benignissimuz amicū ⁊ patrē nr̄m ꝓpm tā furibundū facit q̄ nos filios suos creaturaz ad imaginē dei creatā in ignē pijcit eternū. Propter qđ da/uid ne eū i tali furore arguat alloquit eū sic. Dñe ne in furore tuo ar. me. ne in ira t. cor/r. me. ps. vj. Ipe em̄ de⁹ nunq̄; tā bonū ami/cū habuit in celo ⁊ in terra quē odio nō ha/beret si in eo peccatū inueniret. Ulñ Petrus q̄uis ceteris aplis ardēt⁹ ꝓm amasset ipm tamē dānasset si in eo peccatū trine negatio nis inuenisset post mortē. Et per oppositum ipm lucifez in celo p̄mia sset si peccatū eius nō fuisset. Ulñ de⁹ solū peccatū exosum ha/bet ⁊ omnē creaturā amat ⁊ diligit. Juxta il lud Sap. xj. Diligis oīa q̄ fecisti. ⁊ nihil eo/rum que fecisti odisti. Deus em̄ peccatū nō fecit. quia peccatū vt dictū est nihil ē. Juxta illud Joh. j. sine ipo factū est nihil. i. pecca/tum. Et homini in mūdo nec aliquid noce/re potest nisi peccatū. ☞ Decedente em̄ hoie in peccato in iudicio. iusticia dei cō tra eū ꝓcludit. a regno sibi ordinato exclu/dit ⁊ in inferno includit. Nā peccator ꝓpter peccatū ꝓcludit in iudicio. nā sicut fur reus reputat dū in furto comp̄hendit. sic pecca/tor cū in peccatis inuenit. Jō accusatrix dei iusticia ꝓtra peccatorē in iudicio allegās di cit. In opib⁹ manuū suarū cor⁹ p̄hensus est peccator. tūc deus dictat sententiā dicens. Igit̄ ꝙuertant̄ peccatores in infernū. ps. ix. Secūdo peccatorē a regno excludit. quia si cut lepra excludit a sanox ꝓsortio. sic pecca/tū peccatorē a dei regno. Et ideo peccatū ꝑ optime assimilat lepre. q̄ est morb⁹ abomina bilis ⁊ ꝓtagiosus. ⁊ ideo de cōsuetudine ge/nerali habet̄ vt a cōmunione hoīm sepeñ le ꝓsi. extra de cōiugio lepro. c. j. Et hoc idez dñs ꝑ moysen p̄cepit fieri in ꝓl'o suo. Nu. v. Et sic Maria soror Aaron lepra ꝓcussa excluſa est extra castra. Num̄. xij. Sic simili modo. si q̄s lepra peccati inficit a ꝓsortio be atorū ⁊ a regno dei excludit. Unde ad ꝓposi tum Anſ. Cur de⁹ homo li. j. c. xix. sic inquit Sicut nullus margaritā luto deturpatam poneret ad thesaux suū nisi ꝑus esset mūda ta. ita nec peccatores angelis ⁊ animab⁹ san ctis sunt associādi nisi ꝑus sint mūdati. Ter tio peccatorē in inferno includit. quia sicut debitor in turri ponit̄ ⁊ inde exire nō ꝑmit/tit̄. nisi de toto debito satisfecerit ꝑus Mat. v. Sic⁊ peccator nisi debitis hic satisfecerit in inferno in vinculis ponit̄ eternaliť inde nunq̄; exitur⁹. de quo peccator nō modicuz debet turbari. ⁊ sibi timere de peccatis ⁊ mi nistris ꝓncipū tenebraz. q̄ eū nō capiant et insolubiliť ligent. ⁊ ad carcerē ꝓpetui ignis includant. Dicat ergo quilibet ad deū. Pec cantē me quotidie ⁊ nō me penitentez timor mortis ꝓturbat me. qz in inferno nulla est re demptio. miserere mei de⁹ ⁊ sal. me.

Secūda pars in qua

notatur ꝓpi libertas ⁊c. ibi. queretis me ⁊c. Pro quo notandū q̄ xp̄us ministris missis respōdēdo tria ꝓposuit. Primo q̄ eū capere vel occidere nō possent nisi q̄n ipe vellet ⁊ tē/pore determinato qđ nōdū aduenerat. sz in

breui futurū. Ideo dixit adhuc modicū tē/
pus vobiscū sum. s. ꝓtra vestrā volūtatē do/
cendo populū ꝛ miracula faciēdo. Secun/
do q̄ nihil boni intenti ab eo possent ipedi/
re. imo eū ꝓmouere eos oportebat ꝓtra eoꝝ
voluntatē. quādo ihm ad eius gloriā occide
runt. qđ ostēdit dicēs. Ulado post illud mo
dicū tp̄us postq̄ me occideritis ad eū. s. pa
trē qui me misit. ꝛ ad regnū ꝛ ad gloriā quā
nō poteris ipedire. Tertio q̄ mala sibi infe/
renda ꝛ illata redundarēt in eos. quia auxi/
lium ꝛ salutē vestrā p hoc alienabitis a vo/
bis. Ita q̄ quādo tp̄us tribulatiōis ꝛ vindi
cte occurrerit in destructiōe hierusalē p ro/
manos ꝓpter mortē meā nō potestis me ue
nire. s. ad defensionez ꝛ ꝓtectionē. Et

Uoraliter p phariseos ihm querētes sz nō
valentes inuenire. designant oppressores mi
seroꝝ paupeꝝ ꝛ pupilloꝝ. officioꝝ suoꝝ abu
sores quib⁹ deus magna dona dedit. ꝓrudē
tiā. potentiā. facundiā. ꝛ intelligētiā. medi
tib⁹ quib⁹ subditos regere ꝛ defendere pos/
sent. salutē ꝓriā ꝛ alioꝝ querere ꝛ finaliter i
uenire. Sed quia his donis abutunt. dū fi
naliter cōfidūt ihm querere. raro vel nunq̄
poterūt eū inuenire. Uidem⁹ eīm q̄ natura
liter bonū vniuersi in ordine cōsistit. ꝛ q̄ in/
feriora p superiora regunt ꝛ defendunt. In
feriora eīm corpa a celestib⁹ corporib⁹. ꝛ cele
stia ab intelligentijs. intelligētie a ꝑmo ꝑn/
cipio qđ est de⁹ regunt. quia cōmētator. xij.
methaphi. sic ait. Natura nō agit nisi reme/
morata a causis superioribus que sunt de⁹ ꝛ in
telligentie. Sic etiā oīa mēbra corpis hu
mani p voluntatē capitis. ꝛ subtilitatē eius
regunt. sic oīa mēbra corpis politici p su/
periorē magistrū ciuiū. sculteti vel cuiuscū
q̄ nomis existat. regi ꝛ defendi debent. Un
de. C. de defensoribus ciuitatū. l. defensores.
dicit. Defensores ciuitatū. nihil sibi insolē/
ter. nihil indebitū iudicantes. nomis sui tñ
fūgant officio. plebē vl̄ decuriones ab oīm
improboꝝ insolentia ꝛ temeritate tueantur
vt id tm̄ qđ esse dicunt. esse nō desinant. Si
eīm bene regāt ꝛ defendant dicunt rectores
ꝛ defensores. si aūt male desertores ꝛ destru
ctores. q̄ noīa sunt ꝓueniētia reb⁹. insti. de
donationib⁹. §. est ꝛ aliud. Hā totū corpus
morb⁹ inuadit. si languor in capite curatus
nō fuerit. ij. q. vij. Sicut īquit Et

ota nāq̄ causa malorū subditoꝝ ꝓuenit ab in
iquitate ꝛ malicia rectoꝝ. Sunt eīm quidaz
rectoꝝ qui.

Exemplo malo alios inficiunt.

Qui supbo aīo pauꝑes despiciūt.

Qui simplices fallaci corde decipiūt.

Dico ꝑmo. Rectores innocentes inficiunt
quādo malo exemplo delinquūt. Et ideo ta
les gallo compar̄. De q̄ dicūt naturales q̄
in vltima etate sua facit ova parua ꝛ rotun/
da. ꝛ q̄si liuida. ꝛ si talia ova venenosa ab ali
quo verme puta buffone vl̄ hmōi in diebus
canicularib⁹ foueant. basilisc⁹ ꝓcreat. qui tā
te venenositatis existit q̄ solo aspectu vel vi
su hoies inficit ꝛ occidit. Ad ꝓpositū ille gal
lus senex est q̄libet antiqu⁹ ꝛ superior. in reue
rentia homis habitus. cuius venenosa ova
sunt eius opa praua ex quib⁹ basilisc⁹ orīt. q̄
homines suo aspectu inficiēs. i. exemplo pe/
stifero subditos corrūpit. p̄cipue si foueant
aliquo verme venenoso. si suadentur fieri ab
aliq̄ pestifero ꝛ maligno suggestore vel adu
latore quoꝝ hodie magn⁹ habet numer⁹. De
quo versificator. Si q̄s honorari desiderat
atq̄ ditari. Discat adulari. quia tales modo
sunt chari. Si fouent ꝛ cōmendant multo/
rum delicta. que merito essent corrigenda. ꝛ
ideo enormia nō verent ꝑpetrare. quinimo
licet iustos scandalizent ꝛ occidant malo ex
emplo. volunt tñ inde gloriari. Unde Aug.
in li. de pastoribus eccl̄ie sic dicit. Oīmis plat⁹
qui male viuit in ꝓspectu eoꝝ quib⁹ ꝓpositus
est quantū in ipo est. ipos occidit. Unde. xj.
q. iij. c. p̄cipue. Scire debent p̄lati q̄ si per/
uersa vnq̄ ꝑpetrant. tot mortib⁹ digni sunt
quot ad subditos perditōis exēpla trāsmit/
tunt. Unde necesse est vt tanto cautius se a
culpa custodiāt. quāto per praua que faci/
unt nō soli moriūr. Cuj⁹ ratio ē quia quod
a p̄latis agitur facile trahit a subditis in exē
plum. extra de voto ꝛ voti redem. c. magne.
Et ideo speculū rectitudinis ꝛ iusticie debz
in eis lucere. vt nō solū sibi ꝓficiant. sed etiā
subditos bonos exemplo emēdēt. Secūdo
sunt quidā qui ex donis datis animo supbo
despiciunt pauꝑes. ꝛ ꝓpter hoc iusta ꝛ vera
ꝓsiliando siue iudicando puertunt ne alioꝝ
sana ꝓsilia locū habeant. Isti ceteros despi
ciunt ꝛ deridēt. qui tandē oīmes ꝓfundūtur
ꝛ mala morte moriunt. Sicut patet de ha/
nibale duce carthaginense qui ex quadā vi/
ctoria cōtra romanos adeo elat⁹ est factus.
vt nec quēq̄ ciuiū suoꝝ in castris amisit.
nec responsuz vlli nisi p interpretē dedit vt

dicit Valeri⁹. ꝛ habek etiã in ſpeculo hiſtoriali Vincentij libro. vj.c.xlv. Qui tamẽ miſerabiliter poſtea interijt. Et idẽ apparet in anthiocho maguo q̃ nimis ſupbe intonans currũ ſuũ agitari iuſſit contra hieroſolimã quo etiã ſupbe dixit ſe venturꝛ ꝛ ipam poliandrum.i.cimiteriũ iudeorũ facere velle. et ſtatim apprehendit eũ amarus dolor viſcerꝛ ꝛ ptigit eũ ipetu de curru cadere ꝛ colliſus eſt ꝛ ebulierũt vermes de carnib⁹ ei⁹ ꝛ efluebant viuẽtes. ꝛ fetore illi⁹ grauabaꝫ totus exercit⁹ eius nimis.imo nec ipe fetorẽ ſuum ferre poterat. Hec comeſtor in hiſtoria ſcolaſtica.ꝛ habek etiã in.ij. Machab.xj. Iſto etiam vicio plures laborant matie diuites creati nobiles ꝛ cõmunitatũ officiales rectores qui nimia ſupbia vix pedib⁹ ambulãt. dum paupi iuſto alloqui debẽt. veſtes manib⁹ cõplicant.caput mouẽt. ꝛ oculis ſidera cõputant.q̃ omẽs oui companꝫ.cui paſtor iponit nolã ad colluꝫ.que cꝫtũcunqꝫ ſit miſera oẽs tñ quaſi dña p̃cedet. Sic hõ quãtũcũqꝫ imbecillis ſtolid⁹ ſeu ignar⁹ fuerit. ſi nolã.i.famam acq̃ſierit.aut p diuitias.aut fraudulẽtias.meliorẽ omnib⁹ ſe eſtimat ꝛ alios p̃cedit. Contra quos dicit Eccl. xxxij. Rectorem te poſuerũt noli extolli. Eſto in illis q̃ſi vn⁹ ex ipis. Tales eñ ſunt quaſi lucerna q̃ lucet de nocte.ꝛ de die vix apparet. Similiter ꝛ vt ligna putrida ꝛ vermes de nocte lucentes.de die aũt minime. ſed in colore proprio apparent. Sic ſuo modo tales ſupbi rectores ſiue officiales lucent in tenebris. idẽ inter ſimplices ꝛ pauperes. vbi ſe pompoſe oſtendũt eos erp̃robrãdo vel inter cõplices adulatores. familiares vel in tenebris hui⁹ mũdi.ſz i die iudicij q̃n ſol iuſticie oriet. tũc apparebũt q̃les ſunt ꝛ videbunt in colore proprio.id eſt tunc querẽt ihm piũ ꝛ nõ inuenient. Vñ puer.xiij. Lux iuſtor letificat.ſ.vita pauper. lucerna aũt impior extinguetur Hoc patet i diuite epulone ſupbo q̃ paperẽ lazarꝛ deſpiciens ſine vlla miſericordia ſepul⁹ eſt in inferno. Lu.xvj. ¶ Tertio ſunt quidã q̃ alios fallaci corde decipiũt ꝛ ſunt ſpẽaliter miniſtri ꝛ ſeruitores potẽtũ diuitũ ꝛ rectorꝛ q̃s mittũt. vt ihm iuſtum et ſimplicẽ ꝛ innocentẽ ꝟbis ꝛ factis querãt et capiãt. Vtinã ſimplices dicere poſſent. que retis ſz nõ inuenietis. Sũt eñ ita doloſi q̃ raro paup euadit quin ad placitũ eorꝛ capiatur ꝛ ſpoliet. qui aſſimilanꝫ vulpib⁹ qõ eſt aĩal fraudulentũ ꝛ deceptõib⁹ aſſuetũ. ꝛ ideo tortuoſis ſemp incedit vijs. ꝛ ideo ꝺr vulpis q̃ſi volubilis pedib⁹.qõ aĩal dñ eſca indiget mortuuꝫ ſe fingit. ꝛ ſic aues ad cadauer deſcẽdẽtes rapit ꝛ deuorat. vt dicit Iſidorus. xp̃.li.ethimo.c.ij. Itẽ pellẽ habet piloſam et caudã. quã in ora canũ ab eis artata p̃cit. q̃ inueniẽtes pilos. ꝛ reputantes ſe deluſos ſibi ſpaciũ tribuunt fugiẽdi. loca ſubterranea inhabitat.ꝛ beſtias domeſticas pl⁹ infeſtat q̃ ſilueſtres.ꝛ eſt amica corui.ꝛ ideo corꝛuus pugnat p ea ꝓtra tarũ. Itẽ vulpis quãdo a canib⁹ ꝑſequit ꝛ artat.ipe mingit i caudã ſuã piloſam et vrinã fetentẽ ꝺ canes p̃cit. qõ abhorrẽs multitudo canũ ab eo aliquantulũ ſe elongat ꝛ fugiẽdo ſibi ſpaciũ p̃ſtat. ꝑm Pliniuꝫ li.xxviij. Recte chariſſimi tales ſunt vſurarij viri fraudulẽti. malicioſi.auari. q̃ in ſuis ꝓtractib⁹ ꝛ actib⁹ nõ recte ſz tortuoſe fallaciter et cauteloſe incedunt. dexter eñ pes.i.intẽtio ſemp claudicat.ſemper eñ claudicant p falſitatẽ.quia loquẽdo opando.ꝑmittẽdo. ſemp vnũ oſtendunt et aliud intendũt. Exẽplifica de paupib⁹ qũo ab eis decipiunt p falſas promiſſiones Iſti ſunt miniſtri ꝛ ſeruitores potentũ diuitum quia ſimile applaudat ſuo ſimili. ꝑz philoſophũ. Pellis aũt illoꝝ.id eſt ſubſtantia temporalis eſt multũ piloſa. id eſt pilis rerꝛ alienarum circũſepta.ꝛ maxime cauda. q̃ in fine vite ſue poſt ſe ea relinquũt.qui q̃n perſequentur a canib⁹.i. mũdi principib⁹ iudicibus replent ora eorꝛ pilis. id eſt muneribus atq⁹ donis quib⁹ inuentis ſtatim eos deſerunt ꝛ dimittunt. Ue qui iuſtificatis impiũ p munerib⁹. Iſa.v. Iſti loca ſubterranea inhabitant. quia vere in terra .i. amore terrenoꝛ totaliter ſe inoluerũt.ꝛ beſtias domeſticas ſicut paupes ꝛ agricolas plus q̃ ſilueſtres.i.plus q̃ alios raptores odiunt et infeſtant. quia viri impij oderũt ſimplicẽ.puerbio.xxix. Corn⁹ aũt id eſt iudices mũdi clamoroſi.cauſidici ꝛ aduocati taliũ ſunt amici ſ.ꝑt dona q̃ p̃cipiũt ab eiſdẽ ꝛ p eiſdem pugnant ꝺ tarũ.id eſt ꝺ paperẽ. Et iõ eorꝛ auxilio p̃ualent ꝓtra oẽs. Habacuc.j. Impius p̃ualet aduerſus iuſtũ Exẽplifica bñ qũo tales aduocati ꝛ iudices tales fouẽt. Corꝛuus id eſt dyabol⁹ hos diligit ꝛ defendit. Di eñ quãdo a canib⁹.i.a p̃dicatorib⁹ ꝑſequunt cõtra eos p̃dicãtes. tũc p certo ꝓtra eos p̃ſiliunt vrinã ſuã.i.mala verba ꝛ detractoria ſe

tida ⁊ diffamatoria. Nō em̄ amat pestilens eū qui se corripit. puer. xv. Et iō tales nemo habet redarguere. q̄ ministri sūt ⁊ fuitores potentū. q̄ ex pilis eor̄ subducūt tunicas suas. Ideo nullus ausus est eos tangere. saltē volens viuere in pace.

Tertia pars in qua

christi largitas notat exhibentis se cunctis clementer. ibi. In nouissimo ⁊c. Nouissima dies festi tabernaculor̄ fuit. vij. dies. quia festum illud durabat septē dieb⁹ quor̄ prim⁹ ⁊ vltim⁹ fuerunt apud iudeos solēniores diebus intermedijs. Sic patet Leuitici. xxiij. Ultima ergo die huius festi. stabat ihesus quasi seipm̄ exhiberet oīnibus p̄sentē ⁊ clamabat ꝓpter multitudinē populi tanq̄ nullum formidans ⁊ vt audiret ab omnib⁹ dicens. Si quis sitit. supple potū sapientie clementie ⁊ gratie. veniat ad me. s. p fidē formatam ⁊ pedibus mentis ⁊ affectus in me credendo. ⁊ bibat nō solū ad sufficientiā sed etiam ad redundantiā. Quia qui credit in me sicut dicit scriptura. supple in me credendū de ventre eius. s. interiori homie fluent flumina. s. bone affectionis ad deū. deuotionis ad me. ⁊ benivolētie ad p̄ximū. q̄ sunt flumina aque viue. s. spūssancti. ⁊ dona q̄ donant a spūsancto oīb⁹ credētib⁹ ⁊c. Ideo aliter est notandū circa illā ptē q̄ iuxta illō q̄d ius ciuile docet. vt h̄. ff. de seruitu. rusti. p̄d. l. iij. §. vlti. q̄diu q̄s habet iter. etiā haustū h̄e debet. i. q̄diu q̄s habet iter ⁊ ius eūdi ad fontē vicini sui. habet etiā ius hauriēdi aquā. Si q̄s illā seruitutē ad tp̄us habet in q̄ nō ierit ad fontē nec aquā hauserit. iter amittit. ff. quēadmoduz seruitu. amit. l. pom. ait. Vel si q̄s alia aqua vsus fuerit q̄z de seruitute imponēda actū est. Fuitutē etiā amittit. ff. l. si quis alia quēadmodū seruitu. Idē est de eo q̄ in certis horis aqueductuz habet si alijs vsus fuerit. nec vlla pte horaz vsus est. seruitutē amittit. ff. co. l. si cōmunez fundū. §. idē in eo. Hec p tanto dixi. nā quia dei filius in p̄dio sancte eccl'ie fontez aque viue habet. s. deitatē oīmis gratie plenā. nobis xp̄ianis in hac vita solū iter libez ⁊ securuz dedit. ⁊ ius aquā gr̄e hauriendi. ⁊ post hanc vitaz nō. Qui ergo negleserit illud tempus gratie nec penitentiā egerit nec aquā gratie hauserit. sz hauserit aquā delectatōis i peccatis. ⁊ sic decesserit amittit Fuitutē Et post hāc vitā nec ip̄e nec alijs sanctor̄ ꝑ sibi impetrare poterit q̄ gratiā inueniat. Un̄ Hieronymus ⁊ habet. xxij. q. ij. in p̄senti. sic ait. In p̄senti seculo scim⁹ siue oīnib⁹ siue cōsilijs inuicē nos posse iuuare. Cū aūt ante tribunal xp̄i venerim⁹. nec Job nec Daniel neq̄ Noe rogare posse p quoq̄. sed vnūquemq̄ portare onus suū. Et Leo de peni. dist. j. multiplex. Qui indulgentiaz in p̄senti vita manens in corpe nō accepit. p̄sequi exutus carne nō poterit. Ne ergo seruitutē nostram pdam⁹ ad fontē misericordie ⁊ gratie celeriter accedam⁹. vocāte saluatore nostro i verbis ⁊c. Ip̄e nanq̄ saluator dei filius instar fontis iugiter emanātis habet in se.

Perpetuitatem p̄ciosam.

Suauitatem saporosam.

Cōmunitatem copiosam.

Est em̄ in fonte naturali p̄imo ꝑpetuitas ⁊ scaturitio p̄tinua. Nam vt phūs dicit. j. methe. Fontes generant̄ in altis montib⁹ quia hmōi loca mōtosa porosa sunt sicut spōgia ⁊ habent latera spissa ꝓpter naturā lapideaz. et p̄sequēter ne vacuū cōmittat habēt vapores p̄tinue ingrediētes. ⁊ q̄ talia loca p naturā frigida sūt. p hmōi frigiditatē vapor̄ eleuatū inexistentē infra latera vel circa in ptibus spongiosis cōp̄imūt ⁊ in aq̄s p̄uertunt. Et q̄ p̄tinue vapores sic in aquā cōuertunt. in diuersis ptib⁹ pue partes aque sic collecte p̄fluūt ⁊ ad aliū locū inferiorē vbi oportunitas occurrit exeunt. ⁊ inde p̄incipiū fontis faciūt. Ad ꝓpositū. dei filius in monte alto cal uarie in cruce eleuatus. est fons viuus cōtinue gratiā ⁊ misericordiā scaturiēs. qui cuz in humanitate vndiq̄ vulnerat⁹. quasi terra porosa ⁊ spongiosa frequenter vapores ascēdentes de cordib⁹ fideliū. s. orationes et p̄ces supplicantiū benigne suscipit ⁊ calore charitatis attrahit. ⁊ frigiditatē quā in morte ⁊ passionis acerbitate p nobis suscepit. in gratiā ⁊ misericordiaz conuertit. Hic est fons quē Jacob de⁹ pater p̄ omni familia sua ordinauit ⁊ fodit. vt oīnes fideles hanc aquā gratie haurirent. Debet ergo quilibet fidelis frequēter exire p̄ ꝓsideratione sei ipo. ⁊ accedere ad hunc fontē haurire aquā gratie cū samaritana. de qua Joh. iiij. Hanc aquā gratie sitiuit sanctus ꝓpheta dicens. p̄s. xlj. Sitiuit anima mea ad deū fontem viuū. Haz ceruus hausto serpente. nisi citi⁹ attingat aquā moriē. Desiderat em̄ na-

turaliter vitã plongare. Vñ dicit glosa super illud ps. Quẽadmodũ desiderat cerus ad fontes aquaꝝ tẽ. Cervus senio grauat⁹ excrescentib⁹ pilis atq; cornibus. exploratoserpente ipm naribꝫ haurit. quo hausto veneno estuat. quare fontẽ ad bibendũ ardentissime desiderat. a quo si deficiat mox̃ z in de vitaꝫ abbreuiat quo plongasse putauit. Sic bõ serpentẽ haurit. quãdo dyaboli suggestionib⁹ acq̃escit. z notias delectatões sibi icorporat p peccatũ. sz tũc veneno estuat qñ trãsacta delectatõe feditatẽ peccati ꝓsiderat. tũc vero fontẽ misericordie z gr̃e desiderat cũ deo recõciliari p penitẽtie sacramẽtũ affectat. Si aũt ꝓtingat q̃ post haustuꝫ serpentis. i. cõmissionẽ pcti. fontẽ gr̃e nõ attingat damnũ ppetue mortis incurrit. Cũ igit̃ ꝓtinue peccata cõmittim⁹ z gr̃a eius indigemus. cũ deuotõe cordis ad fontẽ hunc currere debem⁹. Iuxta illud Isa. xij. Hauriet aq̃s in gaudio de fontib⁹ saluatoris. Figurat Exo. xvij. in pl'o israel. q̃ sitibũdi i deserto clamabant ad deũ p̃o aqua viua. z dixit Moysi. percute bis silicẽ z egredient aque largissime. Sic si in deserto hui⁹ mũdi pl'm xp̃ianũ sitis malorũ ardorũ z temptationuꝫ penuriaq; bonorꝫ spũaliũ affligat. nõ restat nisi q̃ ad petraꝫ xp̃i currat. ipamq; cũ virga oꝛõnis bis vel ter pcutiat. q̃ reuera aquas gr̃e z deuotõis aquãq; bñficiorꝫ spũaliuꝫ et tpaliũ fundet. ita q̃ homines z iumenta id est sapientes z simplices donis et gratiis imbuet z infunder ps. Percussit petrã z fluxerunt aque z torrẽtes inundauerũt. De Secundo i fonte est suauitas saporosa. dulcior eñ est aq̃ in fonte q̃ in riuulo. z illo mõ dulcior est delectatio in xp̃o q̃ in creatura quacũq; Dulcedo em̃ fontis est fm̃ditiõez terre de q̃ emanat. sicut dicit ph̃s in lib. de sensu z sensato. Et aq̃ currẽs p terrã amaraz et sulphureaꝫ sic emanans est etiã naturaliter amara. Sz aqua emanãs de terra pura z sabulosa fit dulcis z clara. Sic fons sapiẽtie qui de terra humili. s. purissima virgie emanauit. s. benedicta maria nihil austeritatis vl' amaritudinis vel lutose feditatis cõtrahere potuit. imo fons ille erat plenus oĩs claritatis z fecunditatis. De quo Gen. ij. Fons egrediebat de loco voluptatis ad irrigãdũ paradisum. Paradisus ille significat virginẽ gloriosam Mariã. que pculdubio i oriẽte lucis gratie fuit sita. sursuz ad celestia p affectũ z ꝺtemplationẽ erecta. a mũdo p contemptũ diuisa. puritate amenissima. aquis gratiarũ irrigata z virtutũ arboribꝫ fecundata. In cuius medio vteri fons fecundissimus dei filius effluxit totũq; paradisum irrigans. z nõ solũ virginẽ. sed z totã eccl̃iaꝫ fecundauit. floreseq; virtutum germinauit. Quos virtutũ flores. anima deuota colligere debet. z sponso xp̃o sertũ roseũ z floriduꝫ parare si a fonte illo viuo vult aquã sapientie portare. Eccl̃. xv. Aqua sapientie saluta ris potabit illũ. Sed vt videm⁹ pchdoloꝛ plures sunt in sancta ecclesia colligẽtes spinas z tribulos viciorꝫ. potantes porc⁹ de paludib⁹ more porcorꝫ sordes immũdiciaꝝ q̃s clarã aquã virtutis z sapiẽtie. De quib⁹ q̃rit Iere. dicens. Dereliquerunt fontẽ aq̃ꝫ viuentiũ z foderũt sibi cisternas dissipatas que ꝓtinerenon valent aquas Hy Hi assimilantur anthioni. de quo Ouidius libro. iij. narrat. q̃ ille anthion fuit quidã nobilis venator de genere regis agenoris. qui cũ in quadã silua fessus venatiõe spaciaret casu venit ad fontẽ pulcerrimũ vbi dea venationis dyana solebat se aliquotiẽs balneare. Cuꝫ igit̃ casu veniss̃et ad fontẽ. inuenit deã cũ nymphis z ancillis suis nudas i fonte se balneãtes. que oĩes verecũdate de nuditate. z nymphe inceperũt dee corpus suis corpib⁹ ꝓtegere. Dea vero volẽs q̃ anthion de nuditate eius nihil posset dicere. mutauit eũ in ceruũ. z sic fact⁹ est cornutus z velox. z locutionẽ suaꝫ pdidit z figurã. Ille autẽ a suis canib⁹ incognit⁹ fuit. cũ ipm ceruũ crederent eũ inuaserũt z occiderunt. Rei autez veritas fuit. q̃ ille fuit quidã nobilis. qui canũ multitudinẽ nutriebat. a quib⁹ depauperatus est. z ideo q̃ iste semp in siluis volebat esse ipm poete in ceruꝫ mutatũ finxerũt. q̃ vero a canibus depauperat⁹ est. fictuꝫ est q̃ eũ sui canes comederunt. Hy Ad ꝓpositũ anthion nobilis significat boiez nobilẽ q̃ in silua hui⁹ mũdi venari deberet virtutes sz venatur feras crudeles. s. vicia q̃ crudeliter animã vulnerãt z hominẽ spũaliter occidunt. De q̃ lamentabat deus pater di. Fera pessima deuorauit filiũ meum. Gen. xxxvij. Dic venit ad fontẽ ambulãdo. i. ad delectationẽ p exercitiũ viciorꝫ In quo dyana. i. iniquitaꝫ gen⁹ z regina cũ nymphis z ancillis id est speciebꝫ. s. luxuria. superbia tẽ. se frequẽter oñdũt exteri⁹ i falsa dulcedine. sz interi⁹

videri ⁊ cognosci verecundant ī vilitate et amaritudine. Ezech. xvj. Eras nuda ⁊ confusione plēa. Cū g hō lasciu⁹ relicta rōe ⁊ discretione se iniq̄tati ꝯiungit. statiz spargit aqua delectatōis q̄ in ceruū cornutū. i. bestiā brutalē ⁊ mēte alienatū cōmutat ps. Homo cū in honore esset nō. compat⁹ est iumētis insipientib⁹. Et tunc accidit q̄ canes ꝓprij. id est opa in quib⁹ delectat⁹ est eū inuadūt. coraz iudice comphendūt. ⁊ eternaliter puniunt. Ideo ps. ix. In opib⁹ manuū suaruz cōprehensus est pec nō. ℣ Tertio i fonte iugiter emanāte inuenit cōmunitas copiosa. Est ei fons omib⁹ cōmunis. diuitib⁹. paupib⁹. ⁊ iumentis. se omib⁹ volentib⁹ bibere indifferēter exhibet. Sic xps iustis ⁊ peccatoribz generalit oib⁹ clemēs inuenit ⁊ ꝓpici⁹ patens est cunctis. ⁊ nulli se subtrahit. De q̄ Zach. xiij. In die illa erit fons patens domui Dauid ⁊ omib⁹ habitantib⁹ hierusalē in ablutionē peccatoz. ℟ ℣ Querit an de⁹ oibus petentib⁹ faciat misericordiā. Et videt q̄ nō in damnatis eternalit. Dicit dns Bonauē. in. iiij. sup mgrm. dist. xlvj. q̄ mitigatio pene damnatoz dupliciter pōt intelligi Aut q̄tū añ taxatōez ⁊ inflictionē pene. ⁊ sic absq; dubio est ibi mitigatio ⁊ misericordia magna. q̄ diuina iusticia nō totū exigit. p eo q̄ eius pietate interueniēte aliquā ptem pene infligendo remittit. Alio modo pōt intelligi mitigatio post pene taxatōez ⁊ inflictiōez. Et ꝟ modo nulla cadit mitigatō a diuia mīficordia. q̄ extūc claudit eis dns viscera pietatis Itē videt q̄ puulis nō baptisatis nullam faciat misericordiā cū eos puniat p originali eternaliter. Dico q̄ de⁹ p peccato originali potuisset nō solū inflixisse carentiā visionis diuine. sz posset oīes anibilare si vellet. Et ideo cū eis ꝟ agit misericorditer. q̄ esse humanū habēt ⁊ viuūt sine pena sensus. quare merito dño dicere possunt illud Treñ. iij. Misericordia dñi q̄ nō sum⁹ ꝯsumpti.

Feria tertia post Judica

Ambulabat ihesus in galilea. Nō em̄ volebat in iudea ambulare. quia querebant eū iudei interficere nē. Joh. vij. ℣ Philosophus secūdo de generatione ait. q̄ oīne temp⁹ ⁊ vita mensurat ꝓprio. id est numero determinato pficit suā revolutionē. sz nō codē. q̄ qōdā maiori. qōdā minori. Haz sol certo numero ⁊ tpe splēdet sup terrā. postea abscōdit se sub terrā. Sic oīes plante arbores ⁊ flores certo tēpe oīndunt ornatuz suū ⁊ virorē. sicut in estate ⁊ vere. In hyeme aūt subtrahunt se ⁊ abscondūt. Ideo dicit Marcian⁹ phus. q̄ q̄ sunt in tpe. in hyeme senescūt. ⁊ in vere iuuenescunt. Sic hō pfectus suū virorē sanctitatis ad tpus ostēdere debet ⁊ apparere. ad tpus abscōdere ⁊ fugere. Dñ em̄ putat se fructuz honestatis inter malos facere debet lucere corā eis ⁊ nō discedere. sed quādo nō sperat fructū facere oz fugere. Sicut dauid fugit Saul. vt dicit. j. Reg. xxiij. Et abscondit se in monte solitudinis. Unde ps. liij. dicit. Ecce elōgaui fugiens ⁊ māsi in solitudine. Sic etiā ap̄lus vt habet. ij. Cor. xj. Quādo post ꝯuersionē in damasco iudeos ꝯfundebat. s. docēdo. ꝓpositū ciuitat⁹ custodire fecit ciuitatē p homies armatos vt eū caperēt ⁊ traderent iudeis ad occidendū. Ipe p fratres xpianos p quandā fenestrā dom⁹ adherētis muro ciuitatis in sporta dimissus fuit ⁊ sic euasit man⁹ eoz. Sic etiā ihesus abscōdit se ⁊ exiuit de templo. quādo iudei tulerūt lapides vt iacerent in eū. Unde August. ait. vt alleg. vij. q. j. adūersitas fugiat minister xpi. sicut xps in egiptum fugit. Hinc etiaz dns ait discipulis. Si vos psecuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliā. Christus ergo sciens temp⁹ p suā morte ordinatū a deo patre nōdū aduenisse. a furientib⁹ iudeis. ptunc discessit docendo galileam. nec in iudea ambulare voluit. q̄ eū querebāt interficere nē. ℟ ℣ Queritur vtrū prelatus ꝓpter psecutionē malorum debeat fugere a manib⁹ inimicoz. Et videt q̄ nō. q̄ mercennari⁹ cui⁹ nō sunt oues ꝓprie qui nō est pastor. si videt lupū venientem dimittit oues ⁊ fugit. sz bon⁹ pastor dat aīam suā p ouib⁹ suis. Joh. x. Ad hoc respondet Bartholome⁹ brix. in glo. sup illo verbo hoc seruandū. vij. q. j. aduersitas. distinguit q̄d iuris sit. duas ponēdo psecutōes extrinsecā ⁊ intrinsecā. Extrinseca persecutio cōsistit in manifestis inimicicijs ecclesie. Intrinseca in eis qui nō sunt adhuc pfecti. In exteriori psecutōe distinguit aut solus plat⁹ querit aut tot⁹ clerus. si lol⁹ plat⁹ aut eo recedēte tuta est sal⁹ eccl'ie ⁊ tūc fugiet. Et hoc ꝓbat exemplo xpi ⁊ Pauli. ⁊ trib⁹ autoritatibus augustini domini ⁊ dauid. Si non est tuta. tūc ponat aīam suā p ouib⁹ suis ⁊ bo-

stibus se opponat z ex aduerso ostendat. Ex aduerso em ostēdere est vt habet. xliij. di. si rector p defensione gregis voce libera huic mūdi potestatib⁹ ꝓtraire z in die dñi in plio stare z prauis detractorib⁹ ex iusticie amore resistere. ¶ Sed de quibusdā ꝙque rit dñs p Ezechielē dicēs. nō ascendistis ex aduerso neq; apposuistis vos murū p domo israel. vt staretis in plio in die dñi. Si autē alias pōt ꝙsuli eccli. et otus cler⁹ fugiat cū p lato. si nō pōt. remanēat cū plato vel omnes vel quidaz ex eis. Circa intrinsecaz etiā di/stinguit. aut oēs sunt mali. aut quidam. si boni sunt cōmixti malis. eos nō deserat Au gust. Tu bon⁹ tolera malū. Hā z xp̄us iudā cū sciret furē esse tolerauit. ad pdicādū misit eiq; cuz alijs eucharistiā tradidit. si aūt om/nes mali sunt. aut spes est de correctiōe. aut nō. si est nō sunt deserendi. si nō est spes. tunc sunt deserēdi etiā corpe. ne z illoz nequicia semp in deterius pficiat. z iusti quidez fru/ctum amittāt quē de alioz pfectu possent ī uenire. sic beatus Benedict⁹ deseruisse legi tur quos in necē suā vnanimiter viderat cō spirasse. Hinc etiā beat⁹ Greg. petro dyaco no interrogāti. an liceat plato gregē semel su/sceptū deserere. in secūdo libro dyalogoz re spōdet di. Ibi adunati eq̄nimiter portandi sunt mali. vbi inueniunt aliq; quib⁹ adiuuā/tur boni. Hā vbi oīno fruct⁹ de bonis de est. fit etiā aliqñ de malis labor supuacuus maxime si e vicino cause suppetāt q̄ fructum deo valeāt ferre meliorē. Et sequit. Hunc̄d paulū mortē dicimus timuisse quā seipsum p ihesu amore testat appetere. Sed cū in eo dem loco minorē fructū adesse cōspiceret et grauem laborē ad laborē se alubi cū fructu seruauit. Fortis em plioz dei teneri intra claustra noluit. certaminis campū quesiuit p hoc patet quid sit respōdendū ad questio/nē. zc. ¶ Quātū nunc ad lr̄alem ꝓtinuatio/nez euāgelij. heri dictū fuit quō pncipes iu deoz ꝓtra iustū ministros mittēdo abusi sūt sua potestate. hodie ꝓponit potestatē fugere dñoz potestatis piculositate. Et q̄tuz ad hꝫ sunt tres ptes huius euāgelij.

In pma nota⁹ xp̄i exemplaris trāsmutatio. ibi. ambulabat ihs.

In secūda festiuitatis rōnabilis celebratio. ibi. Erat autem.

In tertia populi detestabilis detractio. ibi. z murmur multus.

¶ Quantū ad primam

partē est notandū. q̄ iudea erat puincia no/tabilioz totius regni. Galilea ꝙo fuit puin/cia min⁹ notabilis z multū distās a hierusa lem. Dimissa ergo maiori z notabiliori pro uincia. pegrinabat p puincia galilee. vt ostē deret in loco humilitatis magis fore habitā dū q̄s in loco honoris z ambitiōis zc. ¶ Moraliter in illa pte instruimur honores z ambitōes hui⁹ mūdi fugere. Naz sicut hō debilis capitis z vertiginosi non alta debet scandere si cupit psistere z nō dānose cade/re. sic q̄ fragilis est nature. nō debet ambire statū honoris. ne alte ascendēdo z deficien/do hic in ꝓfusionē z post. pfundi⁹ in infernū z dānabili⁹ ruat. Unde claudian⁹ de peni. di. iij. quid ergo in glo. Daligni tollunt in altū vt lapsu grauioi ruant. Et. j. q. j. princi patus habet. Principat⁹ quē aut seditio ex/torsit. aut ambitio occupauit. etiā si moribꝫ nō offendit. ipsius tamē vicij sui est pernicio sus exemplo. z difficile est. vt bono peragan tur exitu que malo sunt inchoata principio. Hone lucifer sup astra celi ascendere voluit z in pfundū cecidit abyssi. Adā de paradiso Nabuchodonosoz de regno. Qui ergo dili genter ꝓsiderat honoris piculū. pcul fugit. nec sibi adoptat honoris statū. ¶ Qui ergo sine damno aie sue pesse voluerit.

Ad se recte viuat.

Subditos bene regat.

Bona ꝓcessa iuste expendat.

Primo em superiores in honore constituti debēt esse lumiosi vita z doctrina. Mat. v. Sed luceat lux vestra corā hoib⁹ vt videāt opa vestra bona. Hā sicut videmus qñ can dela mūde fulget z ardet delectabilis est et vtilis. tenebras fugat z totū mediū illustrat Sed qñ extinguit post se intolerabilē relin/quit fetorē in locū circūstantē qui multum nocet. Ulī p̄bus. v. de aialib⁹ dicit. q̄ ille fe/tor valde nociuus est mlieri pregnāti. quia si vehemēs fuerit. facit abortire z occidit fru ctum. Isto mō est de q̄libet viro ecclesiasti/co. qui q̄si candela ardēs z lucēs in ecclesia ꝓstituit sup candelabꝫ vt luceat oib⁹ p cla/ritatē vite. z exēplo bone fame. z q̄diu sic lu/cet vtilis z delectabilis est omni videri. Si aūt extinguat vento temptatōis. z commit/tit aliqd̄ peccatū publicuz. statim relinquit circa se locū tenebrosum. z fetere incipit p ī/

famiã ꝛ fetũ bonoꝝ ꝓceptuũ ab alijs occi/
dit. ℟ Ut ergo ſimplices ꝛ deuotos
cõcept⁹ variaꝝ virtutũ faciat ꝓcipere ꝛ ope
rum actõe parere. exemplaria relucẽtia vir/
tutũ ante oculos eoꝝ inſtar iacob debet pre
ponere. Hã vt dicit Geñ. xxx. Cũ Jacob ſo/
cero ſuo ſeruiſſet aliquib⁹ annis ꝓ rachel et
bene ei ſucceſſiſſet ꝓpter eũ. petiuit ꝓ merce/
de vt cunctas oues varias ſeparet ꝛ ſparſo
vellere. ꝛ qõcunq; variũ ruffum ꝛ maculo/
ſum eſſet ꝓ mercede ei dareť qõ Laban gra
tum accepit. Tollens ergo Jacob virgas
populeas virides ꝛ amigdalinas. ꝛ ex plata
nis et ex parte decorticauit eas. detractiſq;
corticib⁹ in his que expoliata fuerãt candor
apparuit. Illa vero que integra fuerãt viri/
dia ꝓmanſerũt. atq; in hunc modũ factus ẽ
color varius. poſuitq; eas in canalib⁹ vbi ef
fundebať aqua vt dũ veniſſent greges ad bi
bendũ ante oculos haberẽt virgas. ꝛ ĩ aſpe
ctu eaꝝ cõciperent. Factũq; eſt vt in ipo ca
lore coitus oues intuerenť virgas ꝛ parerẽt
maculoſas ꝛ varias ꝛ diuerſo colore reſper
ſas. Sic ditatus eſt vltra modũ. Laban ty
pum gerit dei. qui eſt dñs vniuerſe terre. cui
Jacob. ſ. ſupior ſeruire debet ꝓ rachel vita
eterna. hic ſi bene ſeruit in ſanctitate ꝛ iuſti/
cia ditat deũ in animab⁹ ſubditoruꝫ. Debet
ergo talis vt ꝓ mercede vitã habeat ſempi/
ternã. dũ oues id eſt ſimplices ſunt in calo/
re charitatis ꝛ fortitudinis. virgas varias
id eſt diuerſas ỹtutes ꝛ exẽpla honeſtatiſ ad
coꝝ aſpectũ ponere. vt aqua deuotiõis fluat
ſup eas. ad quarũ aſpectũ oues varios feť
ꝛ cõceptus ſuſcipiũt. ſancta deſideria. recta
cõſilia. ꝛ bonoꝝ operũ fetus multiplicant.
Sed vere hodie qui coꝝ alijs lucere debe/
rent vt ſol firmamẽti virtutib⁹. fulgent neq;
cijs quaſi ſaccus cilicin⁹. Dõ cõquerit dñs
ꝓ Johelẽ. Sol ꝛ luna tenebrati ſunt ꝛ ſtelle
retraxerunt lumẽ ſuũ. i. ſuperiores. tã in ſta/
tu ſpũali q̃ in ſeculari. etiã inferiores retra/
xerunt lumẽ honeſtatis ꝛ malicijs fornica/
tionũ. auaritiarũ. ꝛ hmõi. obtenebrati ſunt.
Quare Baruth. vj. Niſi aliquis exterſerit
rubiginẽ nõ fulgebunt. Ad ꝓpoſitũ. qui ex/
terſerit rubiginẽ peccatoꝝ fulgebit in ꝓſpe
ctu dei ꝛc. ℣ Sed querit an deſiderans di/
gnitatẽ damnet. Et videť q; ſic. Chriſ. xl. di.
c. multi. Quicũq; deſiderat ꝓmatũ in ter/
ra ꝛc. Quid eñ paradiſo iocũdius. quid ce/
lo ſecurius. vbi. ſ. fuit magna gloria. et tñ ex
paradiſo homo. ꝛ ex celo angelus peccãdo
ꝓ ambitionẽ cecidit. Dõ quidã clarevallẽſ
monachus Gotfridus nomine cõſiderauit
qui cũ eſſet electus in eꝑm Toznacenſez. ꝛ ab
Eugenio papa ꝛ ab abbate ſuo bene cogere
tur onus illud ſubire eꝑatus. pcidit ad pe/
des abbatis ꝛ clericoꝝ in modũ crucis qui
eũ elegerant di. Monach⁹ fugitiuus ſi me
ejcitis potero eſſe. cꝑus vero nunq;. cui po
ſtea in extremis laborãti quidã monachus
ei charus aſſiſtens ſupplicauit. vt ſalua volũ
tate dei poſt mortẽ ſtatũ eius renũciaret ei.
Cui oranti poſt mortẽ coꝝ altari apparuit
dicens. bene ſibi eſſe ſed a ſancta trinitate re
uelatũ. q; ſi fuiſſet pmotus in eꝑm fuiſſet dã
natus. Ergo in oppoſitũ Augu. viij. q. i. qui
epiſcopatuz. id eſt. epiſcopatui pẽſſe deſide/
rat. bonũ op⁹ deſiderat. Dico q; q̃ deſiderat
tantũ vt poſſit pẽſſe ꝛ nõ ꝓeſſe opus dam/
noſum deſiderat. Qui aũt deſiderat vt poſ/
ſit ꝓeeſſe ꝛ ꝓdeſſe bonũ opus deſiderat.
℣ Secũdo debent ſubditos bene rege/
re. quia malicia ſubditoruꝫ vertiť ꝓ magna
parte in caput ſuperioꝝ Sap. iiij. Ex iniq̃s
oñes filij qui naſcunť teſtes ſunt nequicie
aduerſus parentes ĩterrogatiõe ſua tam pa
trum q̃ filioruꝫ. i. ſuperioꝝ. ꝛ inferioꝝ. Et iõ
Auguſt. notabiliter nõ ſolũ ꝓlatos eccleſie
ſed etiã laicos admonet virtuoſe curã habe
bere de ſubiectis ꝛ bone volũtatis d. In do/
mo tua a minimo vſq; ad maximũ amoꝛez ꝛ
dulcedinẽ regni celeſtis. amaritudinẽ et ti/
morẽ gehẽne annũcies. ꝛ de coꝝ ſalute ſolici
te cura. nil dubitãs q; de oĩb⁹ tibi ſubiectis
in domo tua rõnez dño reddas. hec Augu.
vñ Geñ. j. ſup ioriib⁹. Dñamini piſcib⁹ ma
ris ꝛ volatilib⁹ celi ꝛ beſtijs terre. oñiq; re/
ptili q̃ mouenť ſup terrã. Piſces maris ſunt
laſciui carnales. q̃ in voluptatib⁹ mũdi ſolẽt
natare. Volatilia celi ſũt ſupbi ꝛ ambicioſi
alte volãtes ꝛ alios deſpicientes. Beſtie terre
auari ꝛ pecunioſi q; viuũt ex rapinis. vſuris
ꝛ hmõi fraudulẽtijs. Reptilia lubrici ꝛ luxu/
rioſi. ꝙs oẽs ſupior tenet de cõmiſſis corri/
gere. ꝛ ꝑm ſanctiones eccl'ie ad virtutes redu/
cere. ℣ Sz q; ꝓlat⁹ vl' ſupior qñq; inſuf
ficiẽs inueniť. aut iuuẽtute. aut inexperientia. ꝛ
hmõi regẽdi ſubditos iõ ꝓtigit eũ pl⁹ deſtru
ere q̃ ꝓſtruere. auertere q̃ ꝓuertere. vñ de illo
fit ſicut accidit phetõti filio ſolis. de q̃ fabu/
loſe narrat ouidi⁹ li. ij. metha. q; pheton filius
ſol'. videſ curꝝ pẽis ſui auro ꝛ argẽto ſma/

ragdis ⁊ gẽmis rutilantẽ ipi⁹ cẽ auriga vo/
luit ⁊ ei⁹ regimẽ ꝯcupiuit. Cui pr̃ cũ infinita
ꝓponeret piculaꝫ ei⁹ p̃sumptõꝫ argueret. ipꝫ
ab inceptis retrahere nequit. Capiti g̃ ei⁹ ra
dios suos ipositꝫ curꝫ ⁊ eq̃s flãmigeros si/
bi tradidit. habenas sibi i manu tenẽdas tri
buit. ⁊ q̃ radios p mõm deferat. ⁊ diẽ faciat
⁊ q̃ mõm illuminet diligẽt̃ iformauit. Dãs
sibi tria singularia documẽta ꝯnãda. Prio
q̃ pceret stimul'. ⁊ q̃ eq̃s irevolũtarios ñ pũ
geret q̃q̃ mõ. Scõo q̃ habenas eq̃ꝫ solicite
i manu sua teneret. ⁊ ꝫ firmamñtũ pgeret nec
eq̃s vbi vellẽt discurrere dimitterꝫ. Tertio
q̃ in medio se teneret. ⁊ q̃ nec ad sinistrã nec
ad dexterã declinaret. ⁊ q̃ nec nimis alte nec
nimis basse icederet Juuenis g̃ offiñ q̃mo⁹
talẽ nõ decebat boiꝫ gaudẽs accepit. Et cũ
curꝫ ⁊ eq̃s regere nesciret. ruptꝫ habenis p/
prio lumĩe qõ ferebat cecat⁹. ipos vndiqꝫ p
mittẽs currere. ita actũ ẽ q̃ q̃si tot⁹ mundus
fuit ꝓpter malũ suũ regimẽ inflãmat⁹. Arbo
res mõtes cõbusti. fõtes flumĩa exiccati. ipꝫ
etiã mare crematũ. celũ ⁊ stelle inflãmate et
terra igne est adusta. Qñ eĩ basse descende
bat terrestria cremabat. qñ nimis alte ad ce/
lestia Libia fuit siccata hũore ⁊ sabulosa ef/
fecta. tũc ꝓp̃ter ethiopie ꝓpetua nigredie sunt
fuscati. His igit̃ sic actis. terra q̃ tot gũabat
incẽdijs. ꝯq̃sta ẽ ioui de isto insipiẽti auriga
⁊ iupiter misit fulmĩa sua ⁊ eq̃s curꝫ ⁊ auri/
gã ꝑcipitauit in mare. ⁊ sic cessantib⁹ ignib⁹
cõbustũ fil'r repauit. Charissimi. Ille sol si/
gnificat x̃m solẽ iusticie. phetõ filĩ⁹ su⁹ quẽ
libet platũ vel supiorẽ. s. Joh. iij. Videte q̃/
lẽ gr̃am dedit nob̃ de⁹ vt filij dei nomiemur
su⁹ curꝰ significat officiũ platõis dignita/
tis. qõ licet interi⁹ infinitis occupatiõib⁹ et
piculis sit plenũ. qr tñ exteri⁹ gloriosuꝫ ⁊ lu/
cratiuũ splẽdet. q̃libꝫ habere ⁊ regere suffici
ens. ⁊ insufficiens p̃sumit. Attẽdat g̃ bñ re/
gere volens tria. Prio q̃ ipe pcat stimul'. i. q̃
nõ sit vindicatiuus ⁊ punitiu⁹. ⁊ q̃ equos. i.
subditos volũtarios imoderate nõ puniat
neq̃ pũgat. qr. i. imoderata austeritas ⁊ cor/
rectio summe reprehendit̃ in platis ⁊ supiori/
bus. ⁊ iõ rex apũ ꝺr carere aculeo. Ulñ Hu/
go. Nobile gen⁹ vindicte est ignoscere. Et
Sen. in. ij. li. de clemẽtia Clementia pietatꝫ
in suos. gladi⁹ est i hostes. Scõo necesse est
q̃ rigide teneat habenas. i. obseruãtiã regu/
laris disciplĩe q̃ cũ lorꝫ iusticie equoꝝ. i.
id est subditoꝝ lasciuiã cõpescat. Ulñ Eccl.
xxxiij. Jugũ ⁊ lorꝫ curuãt collũ durũ. Ter/
tio q̃ ipe in medio se teneat. i. q̃ fuet mediuꝫ
equitatis ⁊ iusticie ⁊ veritatꝫ. tpantiã pariter
mediocritatis. ⁊ q̃ limites debitos nõ tran/
scendat p odiũ vl' fauorẽ. ⁊ q̃ neq̃ ad dexte/
rã indebite p acceptiõeꝫ ⁊ fauorẽ ꝓmouen/
do. ⁊ q̃ neq̃ ad sinistraꝫ p odiũ detrahendo
vel grauãdo aliq̃liter se trãsferat. q̃q̃ etiã ni
mis alte ñ ascẽdat p supbiã ⁊ elationẽ q̃ ⁊ ni
mis basse nõ descendat p sue autoritatis de
iectionẽ. mediũ aũt tenuere beati Unõ Lu.
xxij. Ego in medio vĩm sum. ⁊ Isa. xxx. Ḥ est
via ambulate in ea. nõ declinetꝫ neq̃ ad dex
terã neq̃ ad sinistrã. Sꝫ certe q̃ñ insipiens
⁊ leuis regit statũ eccl'ie seu reipub. cõmittũ
tur ml'ta mala. Quare Eccs. x. dicitur. Ue
terre cui⁹ rex puer est. i. regẽs insipiens ⁊ la/
sciu⁹ ⁊ istabil'. Hã eq̃ ei⁹ carnales familiares
ꝯsiliarij. baliui. q̃ flãmigeri dicunt. flammas
auaricie ⁊ rapĩe sp spirãt. Et iõ sic a tali insipi
enti auriga. s. supiore nõ refrenent. nec eoꝝ i
iusticie ⁊ ipet⁹ cohibeãt. sꝫ ruptꝫ statutoꝝ ha
benis p libito currere. malũ facere. ⁊ subdi/
tos ledere p̃mittant. tot⁹ mũd⁹. i. oẽs boies
indifferẽter inflãmant ⁊ rapinis ⁊ exactõib⁹
p̃grauant. ab eis eĩm ledũt ⁊ cõburunt mon
tes. i. viri alti ⁊ nobiles. terra. i. infimi ⁊ pau/
peres. fõtes. i. inificordes. mare. i. amari ⁊ re
ligiosi. flumĩa. i. diuites ⁊ delicioſi. celũ ⁊ stel
le sancti ⁊ illuminosi. nec ẽ q̃ euadat malicĩã
eoꝝ. qr oẽm sexũ ⁊ ꝺitiõeꝫ gũare nituntur
Dañ. xj. Nec quẽq̃ deoꝝ verebit̃. sed aduer/
sus vniuersa ꝯsurget. Et br̃euit̃ p eo q̃ non
tenent mediũ. nũc nimis alte volãt p supbiã
sic altos ⁊ celestes boies ledũt. nunc nimis
basse p auariciã. ⁊ sic solẽt inferiores rapinis
⁊ iniurijs afficere. Hic ẽ q̃ aliq̃s q̃ ꝑus erãt
hũoroſi diuitijs ad harenas steriles pauꝑ/
tatꝫ deducũt. rollẽdo hũorẽ sue tpal' facultã/
tis. sic̃ lybiã. alios p tristiciã pallore ⁊ nigre/
dine fuscãt. sic̃ ethiopiã. alios fugere de p̃ria
faciũt. ⁊ nõ est q̃ abscõdat se a caloꝛe eius. vt
dicit p̃s. Quid g̃ istis accidat sepe audiatis.
Jupiter. i. deus mittit in tales aurigas. i. ini
quos p̃latos iudices tyrãnos fulmẽ sue sen
tẽtie. ⁊ ipos vnacũ curru. i. statu ⁊ eminẽtia
⁊ gl'ia ⁊ eq̃s suis. i. malis familiarib⁹ ⁊ bali/
uis i mare. i. i amaritudinẽ infernalẽ p̃cipitat
⁊ pternit. ⁊ eos etiã q̃ñq̃ tpaliter p infortu/
nia amarificat ꝯfundit. Lãtemur eĩm dño
gl'ioſe. curꝰ pharaonis ⁊ exercitũ eius pie/
cit in mare Exo. xv. Tertio dñt bõa

tpalia eis ꝓcessa iuste expendere. Hã ꝓlatus
z supior. est spũal' seneschalc' xpi. q̃ de pr̃imo/
nio crucifixi z bonis eccl'ie paupes sustẽtare
tenet. Vñ Bern̄. li. ix. c. v. Res pauper non
pauꝑib' dare par sacrilegij crimẽ esse dino/
scit. Sane pr̃imonia sũt paupũ facultates
eccl'iar. z sacrilega eis crudelitate surripit.
q̃cq̃d sibi mistri z dispẽsatores vltra victuz
accipiũt. Et c. iij. die sic. Dignũ est vt q̃ al/
tari deseruit de altari viuat. viuat inq̃ de al/
tari. z. xij. q. ij. c. charitatẽ. Bñficiũ dat ꝓpter
officiũ vt nõ supbiat nõ luxuriet nõ ditet nõ
in clericatu diues ex pauꝑe fiat. nõ ex ig̃bili
gl'iosus. ñ sibi de bonis eccl'ie ãpla palacia
fabricet. nec loculos deide ꝓgreget. nec i va
nitate vl' superfluitate disgreget. nõ extollat' ꝺ
facultatib' eccl'ie. ꝓsanguineos suos aut ne
potes nec filias ditioi nuptui tradat. Cõce
dit igit tibi vt si bñ deseruies altari. vt de alta
ri viuas. ℞ bern̄. Figurat ille seneschalc' xpi
hodie p angelũ q̃ thobiã uniorẽ duxit in re
gionẽ medor z istruxit qũo sibi vxorẽ copu
lare deberet z sanũ reduxit. Cui thobias re/
gratiãdo dixit. Si meip̃m fuũ tradã tibi. ñ
ero ꝓdign' meritz tuis. Sic certe ꝓlat' dz du
cere sua ꝓuidẽtia subditos p viã eq̃tatz z iu
sticie ad ciuitatẽ leticie. ℞ Subditis ꝺo
tenet ei exhibere reuerẽtiã bonorẽ z retribu
tõz q̃ retributõ pmarie stat i fideli pselutõe
deciar. q̃ ex iure q̃libz laic' dare tenet. vt hz
de deci. c. a nob. Quas si fideliꝰ pselui tan
to magis abũdat. Augu. xvj. q. vij. Maiores
nr̄i iõ copijs oib' abũdabãt. qz decias deo
dabãt. z cesari cẽsum. Dõ aũt discessit de/
uotio dei accessit iductio fisci. Volum' cum
deo ptiri deciaf. mõ aũt tollit totũ. ℞ tollit fi
sc' q̃ dõ nõ accipit xps. De illa retributõe de/
biti gloriabat q̃si ex singulari bono pharise'
in tẽplo di. Decimas do oium que possideo
Luc. xviij. De illo aũt bodie pauci gloriari
possunt xpiani. imo nec vnq̃ ꝓfitent. licet sit
maximũ pctm̃ mortalez sacrilegiũ cũ eccl'ie
subtrahãt rem suã rc̃.

Secũda pars in qua

notat festinitat' rc̃. Pro q̃ sciẽdũ q̃ iminen/
te die festi iudeor. s. scenophegie vel tabna/
culor. qđ dicit a scenos qđ ẽ vmbraculũ et
phagin qđ ẽ comedere. qz tũc iudei. vij. die/
bus comedebãt in vmbracul' in memoriã q̃
post exitũ eor de egipto i heremo in vmbra
culis recreabant. In illo festo tabnaculor

fres xpi. s. quidã ꝓsanguinei ei'. nõ illi q̃ iam
ad apl'atũ erãt vocati. sz alij qui xpm in cor/
de suo adhuc de amore glorie incusabant. z
ergo tanq̃ volẽtes xpm gloriã reportare hu
manã ex suis factis dixerũt ad eũ. Transeas
hinc a Galilea z vade in iudeã in hierusalez
que est metropolis iudee. q. d. Tu signa fa/
cis z pauci vident ea. trãseas ergo ad vrbez
regiã vbi plures ꝓueniũt vt ab eis videaris
z lauderis. z vt discipuli tui nõ. s. apl'i sz tur/
ba z iudei q̃ iã sunt hierosolimis credãt. z sic
visis tuis opib' possis ab eis honorari. He/
mo eñ q̃rit in palã esse. s. apparere corã ꝑpl'o
z in occulto opari. sz oportet vt palaz z apte
opet'. vt sic publice gloriã accipiat. z si ß fa/
cis manifestas teip̃z mũdo. Et qz isti cogna
ti xpi xpo q̃si mũdano homi gloriã cupienti
alloquebant'. iõ euangelista dicit q̃ fratres
isti nõ credebant in xpm. qz suspicabãt mira
cula sua ñ esse vera. Xps aũt suggerẽtib' va/
nã gloriã eos reꝑhendẽdo dic̃. Tps meuz
i. tps gl'ie mee vel manifestãdi gloriã meam.
nondũ aduenit. qz post resurrectõez suã fuit
gl'ia sua manifestãda. tps aũt vr̃m. s. inanis
gl'ie q̃ q̃ritis sp̃ est paratũ. i. ꝑsens in ß mũ
do. Et qz ego gloriã talẽ mũdi nõ quero. sz
ꝓtemno z redarguo. iõ mũd' me odit. quia
oñdo q̃ ei' opa mala sunt. mũd' aũt vos nõ
odit. qz gloriã mũdi vt alij mũdani queritz.
Et ideo qz cupitz apparere gl'iosi ẽm mũdũ
ascẽdite ad die. s. ꝑmũ festi in q̃ in taberna/
culis suis iudei epulis z solacijs vacabant.
Et iõ dicit ascendite. nõ q̃ inuitet eos ad ta/
lia. sz oñdit q̃ talia querebant. Ego aũt non
ascẽdã. s. ad ꝑmũ hunc die ad quẽ vos ascen
detis. z ea intentõe qua vos. s. ꝓpter vanita/
tẽ. Xps aũt ascẽdit in medio festi. s. q̃rta die
sez qñ iudeor corda a crapulis z vanitatib'
sunt sepata z ad doctrinã magis aptata rc̃.
℣ Moraliꝰ. p fres istos xpm conãtes p
applausuz ad vanã inducere gloriã. oñdẽtes
se discipulos ei' esse z credere in eũ etter'.
licet interi' aliud crederẽt z essent. designan
tur mẽdaces z hui' mũdi fallaces. verbis z
factis circũueniẽtes ꝓmos p mẽdacia qui
extra vnũ oitẽdunt. in corde ab intra tñ aliõ
ꝓtendũt. sic bi q̃ se ingerũt insignijs milituz
mendaciter. q̃ tñ milites nõ sunt ẽuiter sunt
puniendi p q̃litate cõmissi facti. vt habet'. ff.
ad legẽ corneliã. de fal. l. cos q̃. §. fi. sic etiam
mo occidit. Unus p punitõe hominũ excogitauit thaurũ ereũ. qui ignitus homine īmissum torq̃ret. Ex cui⁹ clamore mirabilez mugitũ daret. ac si thaur⁹ viueret. Quo facto rex vt artificis opus pbaret ꝓmo eũ īmisit. Secund⁹ rex q̃ndã hospitẽ in magna sterilitate ꝓsulẽte vicinũ suũ hospitẽ mactari iouī. vt sua solus chare venderet. z sic iupiter p illud olocaustũ possz placari. quẽ rex ꝓmo mactauit z ioui obtulit. Sic iustuz fuit vt dyabol⁹ excogitator male deceptõis in ligno ꝓmo ipe arte sua decipeꝛ ī ligno. De hac iusticia loquit mgr̃ in. iij. sentẽ. di. xx. reddẽs rõem q̃re xp̃us noluit nos potẽtia liberare. sed iusticia. iõ inq̃t potẽtia vincere noluit. qz dyabol⁹ vicio puersitatis sue amator est potẽtie. z dector oppugnatorq̃ iusticie in quo hoies eũ magis imitant. q̃ neglecta iusticia potẽtie magz studẽt eiusq̃ adeptõe letant vl̃ cupiditate iflãmant. Ideoq̃ placuit deo qꝛ nõ potẽtia. sz iusticia vincẽs hoiem erueret. in q̃ hõ imitari eũ disceret. Vñ iol. ..nes papa. xxij. in clemẽ. de rel'. z ve. sanctoꝝ. c. si dominũ. dicit. O digna z nunq̃ intermittẽda memoria in q̃ mortẽ nr̃am recolim⁹ mortuã nostrũq̃ interitũ interijsse. ac lignũ vinificũ ligno crucis affixũ fructũ nobis attulisse salutis. Et statim post. O singularz z admirãda liberalitas. vbi donator venit in donũ et datũ est idẽ penit⁹ cũ datore. q̃ larga z pdiga largitas cũ tribuit q̃s seipz. Dedit igit̃ se nobis in pabulũ. vt qz hõ p cibũ in mortem corruerat. p cibũ ipe releuareꝛ ad vitã. cecidit hõ p cibũ ligni mortiferi. releuat⁹ est p cibũ ligni vitalis. In illo pepẽdit esca mortis in isto vite pepẽdit alimẽtũ. Illius esus meruit lesionẽ. illius gust⁹ intulit sanitatẽ. gust⁹ sauciauit. z gust⁹ sanauit. vide qꝛ vñ vuln⁹ est ortũ pdijt z medela. z vnõ mors subijt exinde vita venit. Dyabol⁹ nãq̃ hoiez cupiẽs secũ eternaliter mori z dãnari. fructũ ligni vetiti toxicauit. vt gustantẽ inficeret. z ad mortem vulneraret. gustato eteni ab hoie fructu ligni vite mortẽ inuenit. dei clemẽtiã z mifricordiã pdidit. amisit potentiã z creaturarũ omniũ dñationẽ z psidentiã que omnia fructus ligni sancte crucz restituit z perfecte sanauit. ℞ Nã xp̃us in cruce moriens tria pcurauit. quia

Patrẽ pacificauit reformãs ei⁹ clemẽtiam.
Dyabolũ religauit annihilãs ei⁹ potẽtiam.
Hominẽ nobilitauit dãs ei plenã ꝓfidẽtiã.
Procurãte nãq̃ dyabolo hõ ex inobedietia de ligno vetito fructũ sumpsit. z deũ ꝓtra se amaricauit. intantũ qꝛ fontẽ mifricordie clementie oĩno clausit. maledicẽs homi z terre z serpẽti. ex cui⁹ suggestione hõ peccauerat. Josue. xj. Dñi em̃ sentẽtia fuerat vt pugnarent scz demões ꝑ israel. i. hominẽ ordinatũ ad beatitudinẽ z visionez dei. z nõ mererent vllã clementiã. Sed xp̃us in cruce moriẽs pñis amaritudinẽ placauit ꝓrẽ z maiorem clemẽtiã impetrauit. Exod. xxx. Depcabitur aaron sup cornua eius altarz. scz semel p agnũ in sanguine q̃ oblat⁹ est p pctõ. z placabit super eo in generatõibꝫ vr̃is. Expone. De⁹ pr̃ p filiũ suũ expassis brachijs semel moriẽdo z sanguinẽ in redẽptione ppli fundẽdo in ligno crucis oblatũ. depcat⁹ est p peccato populi. z placat⁹ est sup ꝑlo fideli. Figurat̃ illa placatio facta p lignũ crucis Exod. xv. p lignũ missum in aquã amarã z dulcoratam. Ibi em̃ dicit qꝛ filij israel egressi de mari rubro ambulauerũt p desertũ. z venerũt ī marath vbi aq̃ erãt ita amare qꝛ ipas bibere pre amaritudine nõ valebãt. de q̃ pplus cũ murmuraret orauit moyses ad dñm. qui ostẽdit ei lignũ. qõ cũ misisset in aquas in dulcedinẽ sunt mutate. Exinde aũt venerũt ī helim vbi. xij. fontes z. lxx. palme erãt. Sic reuera gen⁹ humanũ p peccatũ lapsum z egressum de padiso in amaritudie laborauit. z ambulauit p desertũ hui⁹ mũdi. z aquẽ diuĩe gratie z clemẽtie in fonte oĩs bonitatis ita amaritate erãt plene qꝛ nemo ex his gratiã hauri re poterat donec lignũ sancte crucis īmissũ est in dei filiũ. q̃ est fons sapiẽtie z diuĩe bonitatis. z ipe p peccatis ppli p̃careꝛ. tũc viscera misrõie dei patris dulcorata sũt z aquas dulcissimas sue misrõie z gratie in redẽptõnem ppli effudit. Judith. v. A ligno ẽ obdulcorata est aqua amara. In signũ etiã dulcoratõis z pietatis p lignũ crucis affluẽtis fertur vna pars crucz fuisse de oliua z forte potius rõne significatõis q̃ necessitatis. Quia oliua radicẽ hz amarã z corticẽ similiter. fructus tñ eius dulcis est atq̃ pinguis de q̃ oleum fit. quod est cib⁹ z medicina. nã vulnera mitigat z sanat. Sic passio z mors xp̃i i cruce suscepta in radice. i. causa ꝓpter quã z p q̃s z p quibꝫ sustiuit amara fuit. Fuit etiã amara in cortice. i. toto corpe. Fructus tñ crucz dulcis z vtilis quia nostra vulnera sanauit z oleũ misericordie nobis largissime impe-

trauit. Isa.liij. Liuore eius sanati sumꝰ. t sequ tur. Ipe peccatū multoꝝ tulit. t p trāsgressoribꝫ oꝝauit vt nō perirēt. Et bis trahit documentū qꝫ omnis q̄ cupit dulcedinē crucis gustare interiꝰ in aīa.necessario ꝑus exteriꝰ i corpe patit amara. Bal.v. Qui sunt xpi carnē suā crucifixerūt cū vicijs t cōcupiscētijs Et ſm glo.hoc qꝫ dic.cū vicijs refert ad opa qꝫ aūt subdit cū cōcupiscētijs refert ad desideria Hec aūt crucifixio nichil aliud est q̄ motuū t ꝑcupiscētiaꝝ carnaliū repressio.intantū qꝫ p eas caro t sensitiue passiones talit ordinent qꝫ nunq̄ vsuꝫ t iudiciū rationis impediant. ¶ Secūdo p lignū crucis dyabolū ligauit tē. Dyabolꝰ nāq̄ tā potēs erat ante xpi morte qꝫ hominē tēptare poterat et vincere.qz ꝓpetrato peccato hō se fecit ꝑuꝫ dyaboli.seruꝰ aūt est in potestate dñi sui t ligatur vinculis eiꝰ. Sꝫ xpus in ligno crucis moriēdo hominē a vinculis dyaboli liberauit. Vñ mgr.iij.sen.di.xix. Incideramꝰ enim in ꝓncipē huius seculi q̄ seduxit adā t seruū fecit.cepitq̄ nos quasi vernaculos. i. emptricios possidere. sed redēptor noster captiuatori nostro terēdit muscipulā crucē suā.t posuit ei q̄si escā sanguinē suū. Unde ꝑ dyabolus nos tenebat deletū est sanguie suo. nō ei tenebat nos nisi vinculis peccatoꝝ nostroꝝ illa erāt cathene captiuoꝝ. ¶ Fecit nāq̄ deꝰ aduersariū ita timidū t imbecillez p lignū crucis qꝫ merito passionis nullo mō crucis signū audeat appropinquare.nec sig̃tum ledere. Figurat Ezech.ix. vbi dicit. qꝫ ezechiel vidit septē viros habētes gladios i manibꝫ suis.q̄ trāsierūt p mediū ihrlm. t oēs quos inuenerūt nō signatos signo thau interfecerūt. sed signatos nō leserūt. Uiri isti signāt demones. q̄ ꝑmittēte deo nō signatos xpi signo habēt t possūt tēptare t ledere gladijs tēptationū t peccatoꝝ. sꝫ signatos fugiunt t timēt. Unde Aug.sup Joh. Signum crucis a nobis expellit exterminatorē si corr nostrū xpm habeat inhabitatorē. Ratōe huius ꝓtutis ferē vna ps crucis fuisse de cedro qđ est lignū magne soliditatis t duricie. ita qꝫ a vermibꝫ nunq̄ corrodi vel cassari. Est arbor etiā ceteris altissima.odore iocūdissima cui⁹ odor fugat oīa venenosa. Et pulcerrima quia virore nunq̄ pdit.fructu suauissima.t in medicina vtilissima.t in libano ſm Ysid. repit. Hec arbor est crux q̄ vere est altissima t excellētissima dignitate.altitudo cedroꝝ arboris eiꝰ. Amos.ij. Est pulcerrima. quia sꝫ sanguine xpi picturata.t illa fructū dulcem sꝫ dei filiū portauit q̄ triplicis est sapoꝝis.sꝫ aīe corpis t deitatis . q̄ dulcis deuotis t sapidus inuenit. Fructus eius dulcis gutturi meo. Cañ.vij . Ista em̄ distillauit gūmi ꝑciosum.i.sanguinē ipius xpi . q̄ ꝑ certo si liber ꝓscientie nostre vncꝰ t linitꝰ fuerit nunq̄ a tineis viciorꝝ t peccatoꝝ corrodet. nec vetustate male ꝓsuetudis ꝓsumet. quia liquor veri sanguinis summe est medicinalis ꝓtra ifirmitates oīm peccatoꝝ. Hā odorem.i.memoria vel etiā vmbra fugat venenosa oīa.i.signatio t inuocatio eiꝰ fugat demones. Unde ꝑs. virtutē huiꝰ signi ꝓsiderans inuocauit deū vt mereret eius virtutis ꝑticeps fieri dicēs. Fac mecū signū in bono vt videāt qui oderūt me. i. demones t ꝓfundātur. Unde de inuētiōe sancte crucis legit qꝫ dū crux ab Helena q̄sita ihrlm fuerat.t per iudā iudeū mōstrata.dyabolꝰ in aere vociferauit di. O iuda q̄d feciſti ꝓtrariū iude. Ille em̄ me suadēte xpm tradidit . tu ꝓ o dñi crucem ostēdisti. p illū multoꝝ aīas lucratꝰ erā. p te aūt multas amittaꝝ. Per illū in ꝑlo regnabā. p crucē ꝓ o quā ostēdisti eūciar ab oībus ꝑlis. Qualiter aūt demones crucē fugiāt t odiant diuersis patet exēplis. Debet q̄ se hō sp signare signo crucis firma fide i memoria passionis t securus ab aduersario stabit. ¶ Tertio xpus hoiem p crucē nobilitauit dans hoi plenā ꝓfidētiā. In statu nāq̄ innocētie hoi data fuit dñatio t ꝑfidētia super oīa viuētia sup terrā. Gen.j. Dominamini piscibꝫ maris. Hodie xpus in ligno crucꝫ in humanitate moriēs t dyabolū triūphās naturā humanā dignificauit t vltra angelicam locauit in plenā ꝑfidentiā qz iustū est vt quāto xpus se in humana natura hūiliauit tāto etiā exaltaret in dignitate. sed ipe inclinauit se in cruce vltra omnē differētiā entis in maximā miseriā. licet nō i culpā. Ideo dignū fuit vt etiā vltra omnē differētiā entis etiā angelicā naturā exaltaret ad gloriam et plenā oīm ꝑfidentiā. vñ Mat.xxviij. Data est mihi oīs ptās in celo t in terra. Hec solū naturā humanā susceptā mira gratia vnionis sublimauit.sed etiā in spem oēm hoiem in gr̄am meriti t ꝓpehēsiōis gl̄iam exaltauit. Hoc patet in virgine gl̄iosa . q̄ gr̄a ꝓpehēsionis etiā ꝑcellit oēs chorꝝs angelorꝝ. Quare in eiꝰ laudē canit eccl̄ia. Exaltata est

sancta dei genitrix super choros angelorũ. Est etiã regina z dña angelorũ. In signũ huius excellẽtis dignitatis hũane nature angelus q̃ ante aduentũ xp̃i se p̃misit ab hoĩe adorari. vt patet Geñ. xviij. post incarnatõez xp̃i nõ p̃misit. z volentẽ eũ adorare increpauit di. Vide ne feceris p̃seru⁹ tu⁹ sum z fratrũ tuorũ habẽtiũ testimoniũ ihu Apoc. xix. Quia ergo hec potẽtia z dignitas cõfirmata est in ligno crucis p̃ xp̃m merito dr Apoc. xvij. Potestas eorũ est a ligno vite. Et hic occurrũt hic duo q̃sita merito mouẽda. Prio an hõ angelũ dignitate p̃cellat. vel ecõuerso Et videt q̃ hõ sit nobilior ex iã dictis. Etiã autoritate beati Aug. q̃ dicit. q̃ mente hũana solus deꝰ est maior. Itẽ rõne p̃bat. In oi genere id qõ tenet rõem finis est melꝰ. sz i genere creaturarũ hõ tenet rõem finis z nõ angelus. igit. Nã Remigi⁹ z phs dicũt. q̃ nos sumus finis oĩm qõãmodo que sunt. qõ nõ dr de angelo. Cõfirmat. maior est q̃ recũbit q̃ qui mĩstrat. teste dño Lu. xvij. Sed angelus mĩstrat homi Hebreo. j. Oñes sunt ad mĩstratorez spũs. Cõtra. spũale nobilꝰ z dignius est corpali. z incorruptibile z ĩmortale corruptibili z mortali. sz angelꝰ est spũalis incorruptibilis z ĩmortalis. hõ aũt nõ. g̃ ꝛc. Bonauen. in. ij. di. j. rñdet q̃ de angelo z homine possum⁹ loq̃ dupliciter. vel p cõparationẽ ad finẽ ad quẽ sunt. vel quãtũ ad nature dignitatẽ. Si p̃mo mõ sic sunt pares. qr ad eũdem finẽ. s. ad eternã beatitudinez ĩmediate ordinant. nec sic angelꝰ p̃pter hoĩem. nec ecõuerso. tñ sicut lex charitatis facit in mẽbris corpalibz z p̃ciuibz ciuitatis q̃ vnũ mẽbrum seruit alteri. vt pes portat se z oculũ. z oculꝰ videt sibi z pedi. z in ciuibz terrene ciuitatis sĩr p̃tingit. Ita intelligendũ est de hoĩe z angelo q̃ sunt ciues supne ciuitatis. Quia enim hõ hz habilitatẽ ad labendũ z possibilitatez ad resurgendũ. angelus vero stans p̃petuitatẽ in stando. cadẽs ĩpossibitatẽ in resurgẽdo. Ideo z angelus stans sustẽtat homĩs infirmitatẽ. z hõ resurgẽs repat ruinã angelicam. Ideo qõãmodo angelꝰ p̃pt hominez et qõãmodo ecõuerso. Et ideo ad ĩ pares sũt. Si ꝓo loquamur quãtũ ad nature dignitatem. sic angelꝰ melior ẽ homĩe z supior ĩ gradu p̃sistit. Si obĵceres q̃ xp̃us z beata ꝑgo qui sunt optimi in genere humano meliores sunt optimis in genere angelico. g̃ hõ simpliciter melior est. Dicendum q̃ hoc nõ est rõne nature. sed mltiplicis gratie supaddite. Ad autoritatẽ ꝓtrariã q̃ nihil cadit mediũ inter mentẽ z deũ. Dicendũ est. q̃ aut est medium fm dignitatẽ nature vl fm causalitatẽ influentie. Primo mõ cadit mediũ. scõo mõ non. Nã deus ĩmediate ĩfluit in mentẽ. z ipa mẽs ĩmmediate a p̃ma veritate ĩformat. De scõo rõe finis dicendũ q̃ aliquid est p̃pter qõ res est. aut ad supplendã indigentiã sicut domus p̃pter hominẽ. z calce⁹ p̃pter pedẽ. Aut ad suscipiẽdũ eius influentiã. sicut homo p̃pter deum. quod vltimo mõ habet rationẽ finis nobilius est. qõ p̃mo mõ non. Quia eñ homo oñĩbz indiget. angelus nullo nisi deo. ĩõ oia p̃pter hominẽ. nõ oia p̃pter angelũ. In cuius rei signũ angelus ꝓditus est in p̃ncipio. homo ꝓo in die sexto. Qõ obĵcit de ministerio intelligit dupliciter. Aut p̃pter se alicui ministrat. sicut regi z dño. z talis ẽ nobilior. Aut p̃pter aliũ. sicut si ministrat miles gartiõi regis. talis nõ est nobilior. Sic angelus ministrat homĩ p̃pter deũ. sicut diues pauperi. et fortis egrotanti. Querit secundo vtrũ deꝰ magis diligat hominẽ q̃ angelum. Rñdeo fm Bonauen. dist. xxxij. tercij. q̃ deum diligere magis vel minus creaturã rationalẽ est fm duplicẽ effectũ. Duplex eñ est effectꝰ. scz ꝓditõis z effectꝰ repatõis. Primo effectu magis diligit vl dilexit angelũ. quia ip̃m in melioribz naturalibz ꝓdidit. Secundo ꝓo effectu magis dilexit hoĩem. qr redemit hominẽ angelũ vero nõ. Si aũt vlteriꝰ q̃ritur que ista z dilectionũ magis excedat. Dicendũ est q̃ de excessu dilectiõis dupliciter est loquẽdũ. aut vt nũc. vel simplicit sine fm statũ p̃sentẽ sive fm statũ finalẽ. Si primo mõ. sic dilectio ad angelos magis excedit. Si scõo mõ tũc excedit dilectio ad homines. de pluribz ei habebit hõ in futuro vñ magis gratꝰ existat deo q̃ angelꝰ. tũ p̃pter bñficiũ incarnatõis. tũ p̃pter bñficiũ redẽptõis tũ p̃pter bñficiũ eminẽtis gl̃ificatõis in vtro q̃ sexu. s. xp̃o z beata virgie. quos sup oñes angelos exaltauit.

Feria quarta post Palmar.

Domine quis credidit auditui nr̃o. Isa. liij. Bꝑhus. j. metha. dicit. q̃ ad sapiẽtem z ad docere volentẽ ptinet omia scire z posse causas reddere eorũ q̃ scit. qz. j. phĩc. z. ij. metha. dicit. Tũc eñ vnũqõq̃ scire arbi-

tramur cū causas eius cognoscimus. Quia aūt fides xp̄iane religiōis est tā ardua sublimis z difficilis q̄ p causas z rationes pfecte nequeat pbari vel ostēdi. iō firmiter credenda z simpliciter ꝓfitēda est. vt habet extra d sum. tri. c. firmiter. in tex. z glo. Nullus nanq̄ nimis curiose causas z rōnes q̄rere d bet fidei. q̄ nō oīm rō reddi pōt. ff. de legib. l. nō oīm. Ideo impator Justinianus vt habet. C. de sum. tri. l. nemo. phibuit q̄ deīcepſ nemo cuiuscūq̄ ꝺditionis ertiterit publice nec ēt p̄uate d fide ꝺtrectet z disputet vel in dubiū reuocet que a sanctis p̄ib⁹ iuxta apostolicas expositōes z institutta sanctoꝝ patꝝ diffinita noscunt. nisi fiat causa addiscēdi in scolis. quia de singulis nō est inutile dubitare ſm Arest. vel etiā causa vincēdi hereticos Unde Hatim⁹ in ſmone plurimoꝝ martyrum dicit. Nouerim⁹ itaq̄ q̄ nō sine mag discrimie de religiōis veritate disputamus quā tantoꝝ sanguine ꝓfirmatā videm⁹. Isaias ergo in spiritu cogitās altitudinē z pfundita tem fidei xp̄iane religiōis. fragilitatēq̄ humane capacitatis. de reuelatis sibi z non ꝓhetandis dixit dño. Oñe quis credidit auditui nr̄e. ¶ Sed q̄rit. vtrū fides xp̄ianoꝝ sit nobilior z certior oīm sectarū. Ad qd̄ respōdendū notare debem⁹ ſm phm. ij. poli. in prin. q̄ tria sunt que faciūt dictū alicuius credibile q̄uis nō demōstratiue loq̄t. scz prudētia. virtus z beniuolētia. Cui⁹ rō ē ſm eū. quia ꝓpter oppositta illoꝝ discredimus alicui nō demōstratiue loquēti. videlicz. aut ꝓpter imprudentiā. quia reputam⁹ eū ignaꝝ aut ꝓpter malitiā. quia q̄uis vez sciat z nō ē amicus veritatis z iusticie ei nō credim⁹. aut ꝓpter defectū beniuolētie. quia in casu licet sit prudens z virtuosus. nō tñ reputam⁹ eū beniuolū q̄ velit ꝓsulere id qd̄ nobis ꝓueniēs est. Sed q̄n illa tria ꝓcurrūt in aliquo. q̄ scz reputam⁹ eū prudentē. virtuosuz z nobis beniuolū. tūc absq̄ dubio credim⁹ dictis eius q̄uis ea nō demōstret. Sic doctor nr̄ xp̄us veniēs in hunc mundū psuadere. p̄dicare. z fidem docere. dicta sua sciētissime nō demōstrauit. z ideo doctrina sua nō vocat sciētia sed fides. Sunt tñ dicta sua nihilomin⁹ credibilia p tres p̄dictas rōnes. Tū quia viguit in eo prudentia cū esset sapiētia dei patris Lu. ij. Mirabant⁹ super prudētia z respōsis eius. Uirt⁹ quia doctrina ei⁹ in virtutib⁹ moralib⁹ transcēdit oēm aliā sectā. Hā dato q̄ aliq̄ secta alia ꝓtineat aliqd hōestat⁹. fides tñ nostra hoc idē ꝓtinet z ampli⁹. z qd̄ docuit fecit. Actuū. j. Cepit ih̄us facere z docere Et ideo Marci. vij. dicit. Bene oīa fecit Beniuolētia ad nos. quia dilexit nos z lauit nos a peccatis nostris in sanguie suo. Apo. j. Et ideo signāter dicit de xp̄o p̄s. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. De honestate etiā fidei nostre dicit. Albumasar. li. j. ꝓiūctionū. differētia. iiij. q̄ lex xp̄ianoꝝ veritates affirmat difficiles ad imaginandū. z sup humanā noticiā trāsgrediētes. Ipe nāq̄ albumasar describit oīes sectas vbi sup̄ ſm cursum planetaꝝ z ꝓprietates eoꝝ. Nam cū sint q̄nq̄ planete p̄ter luminaria magna. z inter eos quidā sunt boni z fortunati vt iupiter z ven⁹ q̄dā maliuoli z infortunati vt saturnus z mars. quidā medij vt mercurius q̄ est bon⁹ cū bono. mal⁹ cū malo. Modo inf bonos iupiter p̄cellit cū vtriq̄ sint fortunati. Et fortuna duplex est. Una p̄sentis vite q̄ est trāsitoria. z illā significat ven⁹. cui⁹ ꝓprium est significare sup ludos leticiā delectatione z pspitatē tpalē in p̄nti. Alia est fortuna futuri seculi q̄ est eterna. z sup illā habz significare iupiter sicut sup p̄latiōes z regna. religiones z sectas ad futuꝝ disponētes.

¶ Quia igit̄ sex sunt planete p̄ter ioue q̄ bus ꝓtingit ipm cōiungi. ideo sunt sex secte ꝓncipales in mūdo q̄rū signifer est iupiter. eo q̄ cū diuersis planetis cōiungit̄. Primo ergo ſm Albumasar vbi p̄us. si iupiter complectat saturno significat secta3 hebreoꝝ quā ipe vocat iudaismū cui⁹ causam assig̃t. q̄ sicut saturn⁹ ꝑm⁹ est in ordine planetaꝝ. ita secta hebreoꝝ supior est z ꝑma oīm aliaꝝ Et sicut saturnus nō ꝓplectit̄ nec ꝓiungit̄ cū aliq̄ planeta. ſz oīes cū ipo. z hoc ꝓpter tarditatē sui mot⁹ respectu alioꝝ. ipe eīm oīes p̄cedit etiā phos. vt pbat Auguſt. li. xviij. de ciui. dei. quia ꝓphete p̄cesserunt z chaldeorū z egiptioꝝ philosophos. Et sicut oīs planeta ꝓiungit̄ ei. s. saturno. ita oīs secta posteriorꝝ aliqd̄ vestigiū capit de ea. z ipa de nulla Si ꝓo iupiter ꝓiungit̄ cū marte. z si mars applicat̄ ei. tūc significat sectā chaldeoꝝ adorātium ignē. de cuius natura est mars effectiue. De qua secta est Abrahā ereptus. dicēte dño ad eū Gen. xv. Qui eduxi te de vr chaldeoꝝ. Si ꝓo iupiter ꝓiungat̄ soli significat sectam egiptioꝝ solem adorantiū. Unde ille phutifar cuius filiā duxit Joseph erat sacer-

dos elyopolcos. id est solis. Si vero iupiter cõiungit veneri significat sectã saracenorũ. vel magis agarenoz. quia ab agar z ysmaele quã sectam colit machomet anno ab incarnatiõe dñi. ccccccxxj. Et illa secta tota dicit venerea z voluptuosa. intantũ q ille licẽtiauit sodomiticũ cõtra naturã. sicut dicit Eustachius. vij. ethicoz ꝯmẽto. ix. Et licet machomet hãc legẽ reliquerit in scriptis in libro qui dicit alcoran. tñ illa secta longe ante xpi aduentũ habebat in vsu hominũ sicut dicit Ouidi qui fuit ante xpm z in tẽpe xpi. iij. li. de vetula. Unde sicut in hac lege ait. in qua si liceant q̃cunq licere putent scripta licet nõdũ sup hoc lex inueniat. z hoc machometus longe post ad. ccccccxx. annos pdicauit. Si vero iupiter cõiungit mercurio significat sectã xpianã. in qua fm eũ occultatio est grauitas z labor. Cuius causa est. nam mercurius inter ceteros habet significationez sup libros diuinos z oracula pphetaz quoz testimonio hec lex cõfirmat. Itẽ respectu aliorum planetaz habet motũ tã variũ z tã difficilẽ ad imaginandũ. Et ideo merito significat illã legẽ que veritates affirmat difficiles ad imaginandũ. z sup humanã noticiaz existentes ꝯtinet sicut lex xpi facit. z huius significatoz est mercurius ꝓpter hmõi causas z ꝓcipue in virgine existens cũ ioue. In virgine eñ habet mercurius omnẽ dignitatẽ. s. domũ exaltationũ. triplicẽ faciẽ z terminũ. z iõ hec lex nascit. Unõ Albumasar. v. libro maioris introductoriũ dicit. q omnes antiq indei chaldei z babilonij docuerunt q in ꝑma facie virginis ascẽdet virgo mũdissima nutritura puez in terra hebreoz. Si vero iungat iupiter cũ luna erit lex vltima q̃ omnes leges alias ꝓturbabit. vnde dicit q erit mutatio z corruptio fidei ex illa lege. z maxime ꝑ artẽ magicã z nigromantiã q̃s luna significat. Sed q luna miro mõ in zodyaco z festinãter ꝓmutat de triplicitate in triplicitatẽ. ideo nõ ꝓmanebit lex illa. nec durabit diu sicut dicit Albumasar. z estimat a sapiẽtibꝫ q erit lex anti xpi. Secõm ergo ꝓdicta potest determinari aduent xpi sub albumasar. Unde ipe determinat tpus cuiuslibet secte. Secta machometi. pbat nõ posse durare vltra ccccclxxxiij. annos solares. z sic finis istius secte fuisset anno dñi. M. ccclxviij. ¶ Secundo nota fm Ouidiũ. in. iij. li. de vetula. vel de mutatiõe vite Ouidij q magna z fere matrima cõiunctio saturni z ionis fuit anno. xxiij. Augusti cesaris. que significauit pphetam esse nascitur de virgine post annos sex a tpe isto. ita q xpi natiuitas fm ipm fuit anno. xxx. augusti. Nec obstat q q̃cq legit xpz natũ. xlij. anno cesaris fm q dicit Orosius ꝺ ozmesta mũdi li. vij. Hã ꝯtroversia illa soluitur ꝓputãdo a morte filij. z tũc xpus natus est. xlij. anno. sz. xij. annis regnũ acquisiuit bellando Ideo nõ dicit ꝓpie regnasse sed bellasse. Habuit eñ quinq bella quoz vltimũ fuit apud acon. in quo deuicit cleopatrã z anthoniũ. z q̃uit regnũ suũ in pace. z tũc cõputãdo cleopatrã z anthoniũ. iij. anno natus est xpus. Dicit eñ Ouidi metrice sic. Una quidẽ talis felici tpe nup. Absq maris coitu de virgine cui habeꝫ. Typus vbi mercurij vis multiplicat. Unde notandũ q ꝑma facies virginis tũc ascẽdebat. ex quo fuit illa cõiunctio. vj. ãno ante xpi natiuitatẽ. Tñ medi motus saturni z ionis erat ꝑ. vj. ãnos v. dies. z horas. ꝑ. z. lvj. minuta. z petit Ouidius q possit viuere z videre sectã illã. Et ꝺ scribit virginẽ z ei laudẽ sic. O virgo felix. o virgo signata ꝑ stellas. Ut spica viret q̃s det mihi viuere tantũ. q possem laudũ forez ꝑcotuaz. Hã nisi forez ibi nõ eligeret te. Nec deus oñipotens vt carnẽ sumeret ex te. Quãtum nũc ad ꝓtinuationẽ epistole seu lectõis beri dictũ fuit qualiter xpi passio pphetice ꝺ nũciabat. hodie magr ꝓpie de passiõis ignominia z turpitudie tractat. Et fm ꝺ tres sũt partes lectionis.

In ꝑma notat passiõis xpi altitudo virtuosa. in pncipio.

In secũda passionis turpitudo ignominiosa. ibi. Et nõ est ei species.

In tertia passionis plenitudo fructuosa. ibi Ipe aũt vulneratus est.

Quantũ ad primam

partẽ dicit. In dieb illis. s. qñ Isaias pphetauit z dixit. Dñe de eterne. q̃s credidit auditui nostro. i. quis credidit misterio incarnatiõis z maxime passiõis xpi qõ nos spiritusancto reuelãte audiuim z intelleximus. z loqtur in ꝑsona oim pphetaz loquẽtiũ de xpi incarnatiõe z passiõe. q. d. Negociũ illũ erit ita arduũ q pauci credẽt qõ sat modo patet. quia pauci fideles credẽtes in cõpatione ad nõ credẽtes. imo qõ magis est flendũ pauci fideles auditui pphetaruz ꝺ misterio.

passionis tractātiū credūt credulitate dile/ctionis ꝓpassiōis ⁊ opatiōis. Quare subin/fert. ⁊ brachiū dñi. i. eterni patris filī cui re/uelatū est. q. d. paucis eī virtus. dignitas et potestas reuelata est q̄ credāt credulitate p/fecta. ip̄m quoq; brachiū ascēdet crucis pa/tibulū. sicut virgultū se dilatādo p fidei mul tiplicationē. vel brachioꝝ in cruce extēsionē Et ascēdet sicut radix. quia licet in terra ra/dix sit despecta ⁊ in terra absōsa. tñ de ea to ta altitudo ⁊ pulcritudo arborꝫ surgit. Sic et xp̄o surrexit tota pulcritudo. lōgitudo. et latitudo sancte ecclesie. Hec etiā ascēdit de terra sitienti. i. synagoga iudeoꝝ q̄ tunc erat sine humore gratie. sitiēs tm̄ modo tpalia et terrena. ℞ Moraliter est notandū q̄ vt videm⁹ q̄ qui aliq̄d vult notificare in/cognitū p aliq̄d magis notū monstrat ⁊ pro bat. In cognitōe eī nr̄a innata ē via a notiori bus nobis ad notiora nature. trāsire a sensi/bilib⁹ ad intelligibilia. ſ. phisicē. Que em̄ vidi mus ⁊ audiuim⁹ scimus. De hijs etiā q̄libet testificari potest. vt habet de testib⁹. cū cau/sam. Etiā si aliq̄s esset mutus dū tm̄ audiat ⁊ scribere sciat bene testat. C. qui testamēta fa cere possunt vel nō. l. discretis. In signū hu ius discipuli xp̄i dixerūt ꝑncipib⁹ ⁊ magistra tib⁹ tēpli. phibentib⁹ ne loquerent neq; doce rent in nomīe ih̄u. Nō em̄ possum⁹ ea q̄ au/diuim⁹ ⁊ vidim⁹ nō loqui. Actuū. iij. Ad p positū isaias cū a teste ifallibili. ſ. spūsancto audiuit mysteria incarnatiōis ⁊ q̄ dei filī⁹ in carne ⁊ p carnē opari deberet. a ꝑncipio vs/q; in finē testificari potuit. ⁊ vt ea discretius capem⁹ credēdo sensibili ⁊ magis noto exē/plo in scriptis suis in virgulto ⁊ radice noti ficauit. ℣ Xp̄us em̄ iuxta tres status vite sue scz in vtero virginis. extra vter. ⁊ p⁹ passionē virgulto compar̄at ꝓpter tres partes eius. fuit em̄ quasi.

Radix in vtero matris.

Stipes in ligno crucis.

Fructus in virtute passionis.

De ꝑmo Apocal. xxij. Ego sum radix ⁊ ge/nus Dauid. Nā sicut radix occultat⁹ in terra nec cernit⁹ aliqua pulcritudo ei⁹ donec egre/diat. Sic dei filī⁹ in terra benedicta vteri vir ginalis nouē mensib⁹ latebat absōdit⁹. nec oculis humanis videbat. nō minus tamē p fectus deus ⁊ ver⁹ homo ⁊ pfect⁹ ab ip̄o mo mento ꝯceptionis ⁊ vnionis dei ⁊ hois. Et ꝑz magistrū. iij. sentētia. xj. dist. iij. c. v. Dem broꝝ illius dñici corꝑis distinctio adeo te/nuis erat ⁊ pua. vt humano visui vix posset subijci. Hic em̄ puerul⁹ tenerrim⁹. licet fue/rit in vtero abscondit⁹ ⁊ puus. in ꝑtute pul critudine sapiētia ⁊ potestate tm̄ fuit ꝑfectus Sed querit si puulus xp̄us habuit ab īstā ti cōceptionis omnē sapiētiā ⁊ potentiā. qua re dicit Luce. ij. q̄ puer ihesus ꝓfortabat. et etiaꝫ q̄ ꝑficiebat etate ⁊ sapientia. Dico ſm doctores ⁊ Hico. de lyra. q̄ i corꝑe xp̄i fu it augmentū reale quātitatis. sed in aīa eius nō fuit augmentū reale gratie virtutis vl̄ sa pientie. quia plenitudinē omnē habuit ab ī/stanti cōceptionis. sed quātuz ad ostensionē in effectu magis apparebat ſm q̄ crescebat ⁊ ſm q̄ volebat. Quantū etiā ad sapientiā ei⁹ dicunt quidā q̄ in xp̄o duplex erat sapientia Una diuina. ⁊ hec nō potuit augeri vel di/minui. cū necessario sit infinita. Alia huma na. ⁊ hec ponit⁹ duplex in xp̄o. Una habitua lis. ⁊ illa in xp̄o nō fuit augmentata. quia ab instanti ꝯceptiōis habuit plenitudinē sapiē tie quāta potest⁹ ferri nature humane. Alia exꝑimentalis que accipit⁹ ꝑ opationē sensu/um. Et ſm hoc dicunt aliqui q̄ in xp̄o fuit eiusdē nature cū alijs hominib⁹. Et ideo cū nō sit ponēdus ociosus. in eo habuit opera/tionē abstrahēdi species intelligibiles a fan tasmatibus. ⁊ ille species recipiebant⁹ in ītel/lectu possibili eius. ⁊ sic ꝑfecit tali sapientia. Hūc ergo puulū potētissimū ⁊ sapiētissimū desiderabant scī patres ī terra apparere dū in materno vtero clauderet⁹ absconsus dicē tes Isaie. xlv. Rorate celi desuper et nubes pluant iustū aperiat⁹ terra ⁊ germiet saluatorē id est ego benedicta pariet ⁊ germiet salua/torē. Et sequit⁹ statim post. Vere tu es deus absconditus. sed vbi. i. terra sitiēti. i. ꝑfecta/ritate inflāmata. sine humore viril̄ semis vl̄ carnalitatis. sed ꝑtute spūssancti tanq; ros celesti fecundata ⁊c. ℣ Scōo xp̄s cō pat⁹ stipiti. quādo i ligno crucis expansis ma nib⁹ erigebat⁹. Isa. lxv. Expandi man⁹ meas tota die ad pplm̄ incredulū. Nam vt dic̄ phi/losophus i li. de plantis. Due sunt cause qua re rami i arboribus extendunt⁹. Una mate/rialis. ſ. humor vnctuosus abūdās i planta Secūda formal⁹ est calor sol⁹ fortiter trahēs ⁊ constrīgens. q̄b⁹ ꝯcurrētib⁹ i ligno rarita/tem habente hincīde ramus causat⁹ ⁊ ꝑducitur. Sic etiā q̄ dei filius i arbore crucis i mo dum ramorū brachia expandit. fuit imensa

pietas ⁊ miſericordia filij dei ſe volũtarie offe
rentis. ⁊ patris celeſtis nimia charitas que
traxit filiũ ad hoc vt patri obediret Ephe.v.
Propter nimiã charitatẽ ſuã qua dilexit nos de
us cũ eſſem⁹ mortui peccatis cõuiuificauit
nos xp̃o. Hec pietas filij ⁊ charitas patris p
onit nobis in figura Beñ. xxij. in imolatio
ne iſaac quẽ pater ſu⁹ abrahã feruẽti amore
dilexit. cũ eſſet vnigenit⁹ fili⁹ eius ⁊ in ſene
ctute genit⁹. Deus nanq; volẽs eũ temptare
an diligeret eũ dixit ei. Tolle filiũ tuũ vnige
nitũ quẽ diligis iſaac. ⁊ offer illũ ſuper vnũ
montiũ quẽ mõſtrauero tibi in olocauſtum
Hec figura diligẽter ꝓſiderata mirabilẽ re
ꝓſentat ⁊ ſtupendã temptatiõez. ſed ſi ſigna
tum fuerit declaratũ mirabiliorẽ inuenio re
ꝓſentationẽ. dicit igit. Tolle ſupple tu. non p
aliũ ſed p teipm. filiũ. nõ bonẽ vel aſinũ. tuũ
nõ alienũ. nõ vnũ de multis. ſed vnigenitũ.
nõ iſtũ quẽ odis ſed quẽ diligis iſaac. tanq;
in ſenectute genitũ. ⁊ tibi p munere ⁊p mira
culo datũ Joſeph⁹ dicit q̃ iſte puer ad fauo
rem ⁊ amorẽ ſuos pentes puocabat. q; inſoi
virtute ⁊ religione pentũ ſolicitudinẽ habe
bat iſaac. in q̃ benedictõis ꝓmiſſio. vñ ſi ille
occideret tota ſpes ꝓmiſſiõis fruſtraret. Et
vade in terrã viſiõis. q. d. Nolo q̃ ipetu eũ
imoles ſed paulatiz filiũ tuũ ỏducas. Quis
em̃ dolorẽ animi ei⁹ ad plenũ poſſet enarra
re. vñ p tres dies ip̃z ꝓtinue vidẽs eiq; collo
quiũ cibũ cũ ipo ſũit. ⁊ in ſinu ſuo dormiuit
⁊ tñ illũ offerre debebat. Unñ dicit. Et offe
res illũ ibi in olocauſtũ. qõ ỏr totũ incenſuz
vt nihil de eo remaneat. nec etiã osad ſola
ciũ patris. Sup vnũ montiũ quẽ mõſtraue
ro tibi. Qõ fecit abrahã. de nocte ꝓſurgens
ſtrauit azinũ ſuũ. ⁊ ꝓpauit neceſſaria olo
cauſti. nemini em̃ voluit indicare ne. ſ. retra
heret. ⁊ ſic ñ pareret p̃cepto dei. Quid factũ
eſt tertia die vidit montẽ pcul ⁊ relictis iume
nibꝫ quos ſecũ duxerat cũ aſino. impoſuit li
gna ſup iſaac accipiẽs gladiũ ⁊ ignẽ. aſcẽdit
ſolũmodo cũ eo. ⁊ cũ ſic irent ait iſaac ad pa
trẽ. Ecce ignis ⁊ ligna vbi ẽ victima olocau
ſti. O de⁹ quõ tũc fuit p̃no cordi qñ tal⁹ pu
er ſic dulciter ipm alloq̃t quẽ in primo vo
luit imolare. Cui p̃ ait. De⁹ puidebit ſibi vi
ctimã fili mi. Et ſic ſtrauit arã ⁊ diſponẽs li
gna ignẽ adhibuit. ⁊ ꝑm Joſephũ ait ad pu
erũ O puer quẽ inumeris voꝛ optaui. ſuſce
ptũ q; diligẽtiſſime alui. in q̃ me felicez arbi
trabar cũ me viderẽ ad plenioꝛẽ etatẽ puenire vt moriẽs mei relinq̃rez ſucceſſoꝛẽ. Quia
ergo ex volũtate dei factus ſuz p̃ tuus ex vo
lũtate ſil⁹ dei te ỏponã eo q̃ ipe dignaꝛ te ac
cipere in odoꝛẽ ſuauitatis ⁊ ſicut fuit mirabi
lis ingreſſus tu⁹ in mũdũ. ita ⁊ mirabilis ſit
egreſſus. Nõ em̃ iudicauit te de⁹ egritudine
ſeu bello vel paſſione humana finire vitã tu
am ſed cũ oꝛõnibꝫ ⁊ ſacrificio ad ſe aiam tuã
reuocare. Erit ipe de cetero mei curã gerẽs
ſenectutẽq; regẽs. cui⁹ gr̃a maxime te nutri
ebam. hec nũc deus de te p̃cepit. Quid ad h̃
Iſaac dixit. ait Joſephus q̃ libẽter ſermo
nẽ patris accepit. ⁊ ait. Quia iniuſtũ eſſet vt
natus fuiſſem ſi dei ⁊ patris iudiciũ refuta
rem. aut nõ me mõſtrarẽ amboꝛ volũtatib⁹
ꝑatũ. qñ ſolo liceret patre id volẽte iniuſtũ
eſſet nõ obedire. hec dicẽs acceſſit ad arã pa
riter ⁊ ad moꝛtẽ. Abrahaz igit accepto gla
dio vt filiũ imolaret. reuocauit de⁹ p̃ceptuz
p angelũ dicẽs. Ne extẽdas manũ tuã in pu
erũ. nũc cognoui q̃ timeas dñm. Nõ em̃ ſiti
ebat dñs pueri ſanguiẽz ſz vt ſciret qũo abra
ham timeret dñm. Et vidit poſt tergũ arietẽ
inter vepꝛes herentẽ coꝛnibꝫ. quẽ aſſumens
obtulit olocauſtũ ꝓ filio. Hec hyſtoꝛia con
grue exponit charitatẽ dei p̃is et pietatẽ ei⁹
filij. Hã p abrahã recipio deũ p̃em. ⁊ p iſa
ac dei filiũ ihm xp̃m. quẽ inata charitas nõ
ſolũ temptauit ſed etiã ꝓpulit p ſalute huma
ni generis imolari. ⁊ extãſis manibꝫ in cru
ce moꝛi. Unde ſup illo ỏbo. Miſericordia
⁊ veritas obuiauerũt ſibi ⁊c. dicit Beñ. Ue
ritate ⁊ iuſticia in terra manẽtibꝫ vt miſeruz
hominẽ flagellarẽt pax ⁊ miſericordia acce
ſerũt ad deũ q̃ ỏdit illas. ⁊ quodã pio ſuſur
rio p̃na pulſantes viſcera loq̃bant. nunq̃d
in eternũ p̃ũciet de⁹ aut nõ apponet q̃ ꝓpla
citioꝛ ſit adhuc Nũq̃d obliuiſcet miſeri de⁹
aut ꝓtinebit ĩ ira ſua miſericordias ſuas. Iſa
ac aũt ſignificat xp̃m. q̃ reuera ẽ gaudiũ ma
gnũ qõ erit oñi ꝑplo. Hũc p̃ ſingl⁹ariter di
ligit. ⁊ ĩ ſenectute genuit. quãdo in fine ſecu
lorũ icarnari cõſtituit. Allegat aũt charitas
p humano genere dicẽs. Abrahã qõ interp
tat pater multaz gentiũ. q. d. Tu qui es pa
ter oim gentiũ p creationẽ. ſuccurre eis p fi
liũ ⁊ tolle filiũ tuũ tibi ꝓſtatẽ vnigenitũ p na
turã ⁊ vade ĩ terrã viſiõis. i. in mũdũ. vbi vi
deberis per fidem. ⁊ offer eũ in olocauſtum.
vt totus imoleꝛ p homiẽ. Beñ. Totus mi
hi datus eſt. totus in meos vſus expẽſus eſt.
Sup vnũ montiũ. Mons ille eſt locus cal

uarie in quo redemptõis nostre crucis my/
sterii est ꝓsummatũ. Abrahã ergo sup ysaac
lignũ posuit. quãdo dispositõe dei patr̃ cru
cem ꝓpriã baiulauit. Etiã ignẽ ⁊ gladiũ ptu/
lit. quãdo feruẽtissima charitate seueritatẽ
mortis sentẽtiã accepit. Altare ꝙ est crux
qua xp̃us brachijs expansus est. nõ solũ liga
tus sed manibꝫ durissime clauat⁹. Naũt di
cit. ne extendas manũ tuã inuuit⁹ q̃ caro xp̃i
crucifigi potuit. sz diuinitas illesa ⁊ ītacta p/
mansit. Per arietẽ inter vepres herentẽ cor
nibꝫ significat humanitas xp̃i inter iudeos
exasperantes suspẽsa. ⁊ ad modũ arboris ad
duo brachia crucis extẽsa. Abacuc. iij. Cor
nua in manibꝫ eius. Ecce qũo feruor chari/
tatis patris brachior̃ ramos expandit stipi
tis id est filij. ¶ Tertio xp̃us cõpat fru
ctui p virtutẽ passionis. Hã sicut fructus so
let delectare gustũ corpalẽ. sic memoria pas
sionis recreare mentẽ. Can. ij. Fructus illi⁹
dulcis gutturi meo. i. menti. Fruct⁹ nanq̃
ligni paradisi gustãtes mortificauit. fruct⁹ ꝙ
crucis mortificatos reuiuificauit. j. Thor.
xv. Sicut in adã oĩes moriunt⁹ ita ⁊ in xp̃o
oĩes viuificabunt⁹. Referũt quidã paboli/
ce q̃ in ciuitate ihrl̃m erant quidã p̃clari no
mine ⁊ ꝺitõe q̃ in superbia erecti romano im
patori subiecti resistebant. q̃ eos vicit ⁊ in ex
iliũ ꝑpetuũ dãnauit. alios̃q ad cor̃ dignita/
tes ⁊ officia ordinauit. Ercules vero inuidia
moti ꝓtra illos electos callide eos p quẽdã
inter eos nobiliorẽ ad ꝙuiuiũ magnũ inui/
tabant. In q̃ q̃nq̃ dulcia fercula pata ⁊ ma/
lo veneno infecta quẽlibet gustantẽ singula
ri infirmitate occiderũt. Et q̃bus ipi inuita
ti ⁊ oĩes ab eis geniti mortui sunt. Videns
hoc impator romanor̃. q̃ cunctas terras p
lustrauit nouit in q̃dã regione terrã nobilez
illi⁹ virtutis q̃ aq̃ trãsiẽs p venas ei⁹ mortu
os resuscitaret. misit filiũ suũ ad regionẽ il/
lam longinquã pticulã illius terre afferre. q̃
a filio impatoris inuẽta ⁊ recepta. Impator
q̃nq̃ fontes in ea fodit cui⁹ riuuli dũ mortu
os attigerũt a morte sani ⁊ incolumes surre
xerũt. ¶ Ciuitas hec est celestis ihe/
rusalẽ que vilio pacis interp̃tat. ibi em̃ resi/
det xp̃us qui fecit pacẽ inter deũ ⁊ hominẽ.
Hiere. iij. Vocabũt ihrl̃m soliũ dei p̃clari.
In illa ciuitate fuerũt angeli ⁊ maxime luci
fer p̃clar⁹ noĩe. q̃ dicit ferẽs lucẽ ex ei⁹ cõdi
tione cũ ei⁹ natura oẽm aliã creaturã excelle
bat. hic in superbiã erectus sũmo impatori re
stitit volẽs sibi esse simil' dicẽs. In celũ ascẽ
dã. sup astra exaltabo soliũ meũ ⁊ sil'is ero al
tissimo. Hũc deꝰ vicit ⁊ cũ oĩbꝫ adherentibꝫ
eũ ad ꝑpetuũ exiliũ ꝺẽnauit. genꝰ humanũ
eligẽs vt ruinã angelor̃ restauraret. iuxta di
ctũ Isa. lj. Consolabit⁹ dñs syon ⁊ ꝓsolabit⁹
oĩes ruinas ei⁹. Sup q̃ lucifer inuidia cõ/
mot⁹ cũ aliꝭ q̃ nobilior̃ ⁊ astutior̃. missus
ad ꝓmos ꝑentes ad ꝙuiuiũ ⁊ ad cibũ ꝓhibi
tũ eos icitauit. In q̃ q̃nq̃ fercula delectatio
nũ eua gustauit. ꝑm ei⁹ q̃nq̃ sensus. recepit
em̃ delectatõz ⁊ ꝓmũ ferculũ in auditu q̃ñ ei
ꝺyabolus dixit. Nequaq̃ moriemĩ. sz eritis
sic deꝰ. In visu. Geñ. iij. Vidit mulier q̃ bo/
nũ esset lignũ ad vescẽdũ ⁊ pulcr̃ ocul'. aspe
ctuq̃ delectabile. In tactu gustu ⁊ olfactu.
Geñ. iij. Tulit de fructu ei⁹ ⁊ ꝓmedit. dedit/
q̃ viro suo. Tulit. ecce tactus. ꝓmedit. ecce
gust⁹ ⁊ olfact⁹. Et hijs q̃nq̃ ferculis mortu
um est genꝰ humanũ. Particula terre in re/
gione longinq̃ fuit virgo maria. Istã igitur
terrã filij⁹ impatoris accepit in vtero virgis.
⁊ in ea fodit in cruce quinq̃ fontes vulner̃.
ꝑs. Foderunt manus meas ⁊ pedes meos.
Istor̃ fontiũ riui ad mortuos venerunt ⁊
eos reuiuificauerũt. Ecce fruct⁹ ligni crucis.

¶ Secũda pars lectio

nis. in q̃ tractat ignominiosa turpitudo pas
sionis. q̃ mors xp̃i in cruce apud iudeos fu
it turpissima. iuxta illũ Bap. ij. Morte tur
pissima ꝺemnem⁹ eũ. Hã ꝑpter turpitudi/
nẽ nõ erat ei species quãtũ ad debitã ꝓmẽsu
rationẽ mẽbror̃. q̃ ꝑpter nimiã distensionez
crucis nullã elegãtiã habuerunt. Neq̃ erat
ei decor̃ ꝑpter nimiũ dolorẽ acerbissime pas/
sionis. Quare ꝓpheta dicit. Vidimus eum.
supple oculis mentalibꝫ p tẽpe passionis de/
spectũ. ⁊ nouissimũ. i. vilissimũ virorũ ꝑpter
vilissimũ genus mortis. ⁊ tanq̃ vir̃ dolorũ
⁊ doloribꝫ plenũ. ⁊ scientẽ infirmitatẽ. ⁊ qua
si abscondit⁹ vultus ei⁹ in passione. nõ soluz
vultus diuitatis sed etiã humanitatis. q̃ tũc
sputo iudeor̃ tegebat⁹ ⁊ despect⁹ a iudeis ha
bebat⁹. vñ nec reputauim⁹ eũ. s. esse filiuz dei
quia vere nõ ficte languores nr̃os ipe tulit.
¶ Moraliter notandũ. q̃ q̃nto aliq̃d ẽ subtili
us ⁊ nobilius tanto grauiꝰ ⁊ molestius fert
dolorẽ ⁊ lesionẽ. sicut oculus q̃ est subtilis ⁊
aquee nature ex pho in de sensu ⁊ sensato. si
modicũ ledat grauat⁹ multũ. ⁊ ideo ne ledat⁹
natura sibi palpebras dedit. p conseruatiõe

quia sicut vagina defendit z ꝓseruat gladiũ ita palpebra oculũ defẽdit ab exterioribꝫ ꝫ ꝓmẽratorẽ vbi supra. Ideo qui alterꝫ in oculo ledit atrocẽ sibi infert iniuriã. insti. de iniurijs. §. nonnũqꝫ. quia nobiliũ z vtiliũ hominis mẽbrũ. Sic etiã ꝑm gradu dignitatis vite quoqꝫ honestatẽ crescit aut minuit estimatio iniurie, vbi supꝛ. §. si plena. Ad ꝓpositũ cũ xp̃us filius dei z homis dignissimꝰ z subtilissimꝰ fuerit in natura. z honestissimꝰ in vita. atrocissima estimãda est ei iniuria z ꝓtumelia a iudeis illata. Nõ solũ in oculis verũ etiã in tota facie z corpe accepta ꝑ peccatis nostris. Anf. O amãtissime inuenis ꝙd fecisti vt sic patereris. z subdit. Ego certe causa doloris tui. Que ꝟba reuera ꝙlibet hodie recitare ꝑt cũ ꝟitate. qꝛ plã z maiora opꝛobria sustiet mõ a falsis xp̃iãis spũaliter q̃ vnq̃ passus fuerit a iudeis corpaliter. ℣ Nã tria opꝛobria accepit a iudeis q̃ hodie sibi a multis xp̃ianis inferunt spiritualiter.
Fuit em̃ latroniby associat⁹ in eductõe.
Cadaueriby collocat⁹ in passione.
Cõtumelijs sauciat⁹ in crucifixione.
Dico ꝓmo rẽ. De q̃ Isaias i hodierna lectione. cũ sceleratis reputat⁹ ẽ. Vñ ad ei⁹ cõfusionẽ associat⁹ erat duoby latroniby. vt etiaz ipe latro z malefactoꝛ reputaret q̃ sanct⁹ z innocẽs z iust⁹ sꝑ fuit. Dei⁹ faciũt xp̃iani q̃ xp̃z sumũt sine ꝓtritiõe debita z integra ꝓfessiõe z penitẽtia. qꝛ xp̃o volũt associare peccata q̃ sunt latrones aie. ꝛpeiozes q̃ homicide. Cõmunicat em̃ xp̃us bene latroniby z homicidis. vt eos reducat ad penitẽtiã peccatis ꝓ nõ cõmunicat. qꝛ peccatũ nõ fecit nec inuentus est dol⁹ in oze eius. vt hic dicit in Isaia. Nulla vt ait apl's ad Corinth. cõuentio xp̃i ad belial. nulla ꝑticipatio lucis ad tenebras nulla ꝓmunicatio iusticie z iniq̃tatis. Volens q̃ xp̃m bene z fructuose associare latrones peccatoꝛ debet ꝑ ꝓtritionẽ z integrã cõfessionẽ repellere z ꝟtutes inducere que xp̃m reuerẽter associãt. z de manu sacerdotis in coꝛ quietũ ducũt. ℣ Ex pono q̃ aliq̃s ꝓtritus sit de oĩby peccatis ĩtegraliter. sz forte verecũdia ducꝰ partialiter ꝓfiteat obticẽdo aliq̃ peccatũ de quo tñ maxime dolet. si talis ꝓtritus recipiat sacramentũ an peccet mortaliter. Videt ꝙ nõ. quia recõciliat⁹ deo põt suscipe hoc sacramẽtũ. sed ꝑ verã ꝓtritionẽ hõ recõciliat deo añ ꝓfessionẽ Nã lepꝛosi mundati fuerũt añq̃ ostẽderẽt se sacerdotibus. ergo extũc põt q̃s digne ꝫ sacramẽtũ suscipe. In oppositũ est Richar. de pãte ligã dicit soluẽdi. c. xx. dicẽs Si añ sacerdotis absolutionẽ criminosus ad ꝓmunionẽ coꝛpis xp̃i accedat ꝑ certo sibi iudiciũ mãducat z bibit. etiã si eũ iã ml'tũ peniteat. Rñdet Rich. i. iij. sup mgr̃m di. ix. ar. ij. q. ij. ꝙ cõtrit⁹ nõ cõfessus ꝑt intelligi duplicit aut de peccato veniali aut mortali. Primo mõ suscipiẽdo sacramentũ nõ peccat mortaliter. quia de peccato veniali nõ est necessaria ꝓfessio. nisi qñ nõ habet peccatũ mortale. tũc em̃ cũ teneat semel in anno ꝓfiteri optet ꝙ de venialiby cõfiteat. Scõo mõ distinguendũ est. quia aut habet copiã ꝓfessoris idonei z xp̃us sufficiẽt ad cõfitendũ z loq̃laz liberã. aut nõ. Primo mõ dico ꝙ suscipiẽdo hoc sacramentũ peccat mortaliter. quia ad hoc ꝙ hõ sit dign⁹ ꝫ sacramẽtũ suscipe requirit ꝙ recõcilieť deo z ecclesie. q̃ recõciliatio ẽ ꝑ cõfessionẽ z absolutionẽ. Secũdo mõ distinguẽdũ est. quia aut imineꝛ scandalũ ꝓsone sue nisi cõmunicet. aut populi. aut qꝛ iã incepit sacrũ misteriũ si sacerdos est. z in q̃libet illoꝝ triũ licitum est sibi ꝓmunicare cũ ꝓposito confitẽdi. Si aũt nõ adest aliquis ꝓdictoꝝ casuũ renetur expectare quousq̃ habeat copiã cõfessoris. Ad argu. in ꝓtrariũ dicendũ. ꝙ cũ illa recõciliatõe qua homo recõciliat deo ꝑ interioꝛẽ ꝓtritionẽ requirit ꝙ recõcilieť ecclesie si potest ante huj⁹ sacramenti susceptionẽ.
℟ Secũdo xp̃us fuit cadaueriby collocatus. vñ Math. xxvij. z venerũt in locũ qui dicit golgatha. ꝫm Dieron. est nomẽ syrũ. z interꝑtat calualia. id est testa capitis carne z capillis ꝺnudata sicut extrahit de sepulchro. quoꝝ ibi erat ml'titudo. quia ibi homines decollabant. Ad ꝺfusionẽ igit xp̃i eũ in illo loco cadauerũ crucifixerũt. Sed reuera viliori loco locat quãdo coꝛpus xp̃i sumitur a peccatoribꝫ nõ ꝓfessis nec ꝓtritis. sed inimicicijs plenis quoꝝ heu magn⁹ est numer⁹. Aliqui nolẽtes peccata dimittere vel primis indulgere. vel iniuste ablata restituere. vl' adulterã vl' adulterã repellere. vl' opa ꝑua z ꝓhibita relinq̃re et hmõi. Tales ne excõmunicent vel publicent solẽt se aliꝫ cõmunicãdis ꝓiungere z sine ꝓfessiõe z licentia ꝓfessoris cõicare. Judꝫ nõ cũ petro xp̃m sumũt sed cũ iuda ꝓpetuũ interitũ. Vñ apl's j. Chorin. xj. Quicũq̃ mãducat hunc panẽ indigne reꝰ erit coꝛpis z sanguinis domini.

Unde sacramentū eucharistie licet sit summe bonū. obest tamē malis. quēadmodū vinū licet sit bonū in se ⁊ sanū sanis. febricitantibus tamē ⁊ infirmis est nociuū. Quia aūt sacramentū eucharistie summe est bonū. naturaliter ī sumēte bonū efficit. accidētaliter aūt malū. quēadmodū videm⁹ in qualitatibus. q calliditas naturaliter calefacit. accidentaliter autē infrigidat. vñ videmus puteos ⁊ fontes estiuo tpe infrigidari. q⁹ ex calliditate estatis multa fit porox ac viscex terre apertio vnde ex ea educunt vapores calidi. quib⁹ sublatis viscera terre ⁊ aque que ī ipis visceribus sunt infrigidant. Similiter ⁊ frigiditas naturaliter infrigidat. accidentaliter aūt calefacit. vt videmus in calce cui si aquā frigidā supinfundim⁹ fortissime calefit. Sic ⁊ corpus xp̄i in se bonū naturaliter bonū maximū in homīe efficit. accidentalit aūt malū. Si em̄ humores corruptos vicioxū ī uenit. videlicz superbiā. auariciā. inuidiam. ⁊ hmōi tunc multiplex malū in hoīe operat. Nā plerūq homo ex indigna ꝓceptione corpis xp̄i corpaliter citius morit. ⁊ qñq diutius ⁊ grauius infirmat. j. Chorin. xj. Ideo inter vos multi ⁊ infirmi ⁊ imbecilles ⁊ dormiunt multi. Glo. Infirmi febrib⁹ ⁊ alijs infirmitatib⁹. ⁊ imbecilles longa inualitudine ⁊ dormūt multi. i. morte corpali moriūtur ad correctionē aliorū. Itē ꝓsciētia hominis plus amaricat. Job. Panis eius in vtero illius vertet in fel. quasi. d. Sumptio panis corpis xp̄i vertet in fel male cōsciētie. Felle inter oīa sensibilia nihil amarius sic nec mala ꝓsciētia aliquid doloroſius. Ue illis q̄ plus diligunt tale fel q̄z mel. i. malā cōscientiam. Itē homo plus indurat ⁊ obstinat sicut de iuda dicit Johānes. Et post buccellam introiuit sathanas in eū. vndez manus cruentatas misit in dñm suū. s. xp̄m ⁊ filium dei. ⁊ desperās demū misit manus nephandas in seip̄m. ⁊ abiens laqueo se suspendit. Sic etiā videm⁹ illos qui sep⁹ in crimin⁹ ꝓmunicāt grauiꝰ ⁊ duriꝰ ceteris obstinari. quēadmodū patet in q̄busdā criminosis religiosis ⁊ clericis. in q̄z ꝓpatōe facilꝰ pagani nos ꝓuertim⁹. iudeos ⁊ saracenos. Itē graui⁹ eternaliter dānant. Paul⁹ ad Chorinth. Qui indigne māducat iudiciū māducat sibi ⁊ bibit. glo. i. dānatōez. Quid mirꝝ si enim Adā cū oī posteritate sua p ꝓmessiōe vnius pomi de⁹ tā dure puniuit. quāto magis p indigna sumptōe hui⁹ cibi. Cū g tā dānosum sit cōmunicare indigne monet apl's volētez digne accedere sacramētū dicēs. j. Chorꝝ. xj. Probet aūt seip̄m hō ⁊c. pbet. s. se in sensu. intellectu ⁊ affectu. in opatōe ⁊ ꝓuersatōe. De hijs pbatōib⁹ ꝺr Hiere. xj. Probatoꝛē te deus in ꝓp̄o meo robustū. Nulla hijs pbatōib⁹ vtilioꝛ nl'la melioꝛ. neq trini neq quadrini neq hierarchia ꝝ in celis. neq naturaꝝ ī terris. Probet se inq̄t vicz. si sensus exterioꝛ sit modest⁹ ⁊ mūd⁹. si intellect⁹ interi⁹ sit sobꝛi⁹ si affectus aīe sit ordinatus. si opatio sit sine fraude ⁊ desidia. si ꝓuersatio sit luminosa et honesta ⁊ nemini scādalosa. ⁊ pbatus sic de pane illo edat ⁊ de calice bibat. ⁊ tūc ille panis supcelestis cui⁹ nō ē species xp̄ia sz alie/na. nō decoꝛ exterioꝛ sz interioꝛ ꝓfert omnez vtilitatē ⁊ suauitatē. iuxta illud Sap̄. Panē de celo ⁊c. ¶ Sz q̄rit vtrū mali sic nō se pbātes ⁊ in peccatis accedētes sciēter veraciter corp⁹ xp̄i sumāt. Et videt q sic. Nazdñs eq̄ effugit pctm̄ ꝓsecrātis vt māducāt⁹. sed nō se subtrahit xp̄s peccatū celebrātis. ergo nec xp̄s peccatū māducāt⁹. Cōtra Sap̄. j. In maliuolā aīam nō introibit spūs sapiētie. nec habitabit in corpe subdito peccatis. Si g corp⁹ pctōris est tale. g nō suscipit xp̄m. Rñdet Bonauen. in. iiij. sup mgr̄m di. ix. q sicut tangit mgr̄ in lr̄a. aliq̄ voluerūt dicere q corp⁹ xp̄i vez a malis nō sumit. quia nō decet tantā maiestatē ⁊ carnē tā sanctā et purā in corpus peccatis subdituz introire. Unde dixerūt corpus xp̄i vez a speciebꝰ abscedere. ex quo peccatoꝛ labijs ip̄m ⁊ oze polluto cōtingeret. Sed quoniā hoc in erroꝛē ducit. ⁊ manifeste est ꝓtra autoꝛitates sanctoꝝ. ꝓmunit tenēt doctoꝛes fideles tanq̄z certitudinaliter vez. q in re media que est corpus xp̄i vez nō est differētia inter iustū ⁊ impiū. q ip̄e dñs vtriusq se offert nunc. sic ꝓ oībus se obtulit ī cruce sz q̄z tū ad vltimā. s. vnionē ī corpe mistico multū refert. q boni ide recipiūt fructū mali nō. imo pot⁹ dānuz. vt dictū ē pri⁹. Et g ꝓcedendū est q recipiūt rē sacramēti. qō ē corp⁹ xp̄i vez. qō natū est ex ꝧgine. qō pepēdit ī cruce. qō a mortuis r̄surrexit. ⁊ est in celis. sed nō corpus xp̄i misticū. Ad argumētū de sapia' dicendū. q intelligitur quātū ad effectū gr̄e gratū faciētis. non quātuz ad substātiā. ¶ Tertio xp̄us sanciatus fuit ꝓtumelijs. Hiere. xx. Audiui ꝓtumelias multoꝝ ⁊ terroꝛes in circuitu

Sed ve hodie crucifixus p peccatores maiores ꝓtumelias sustinet z opprobria q̄s ab inimicis. Ideo p̄t ꝯqri de malis z fictis xp̄ianis blasphemis. Si inimic⁹ me⁹ maledixisset mihi sustinuissez vtiq; z̄c Tu vero homo vnanimis dux me⁹ z notus me⁹ q̄ simul mecum dulces capiebas cibos In domo dei ambulauim⁹ cū cōsensu. Quid nāq; grauius et amarius sustinere improperia z iniuriari a putato amico. cui maxima sunt ostensa signa charitatis. certe nihil. Sic xp̄us charitatis et amicicie maxima signa ostēdit xp̄iano. puta eū vnanimē deo patri fecit p amarissimam mortē. ecce p̄mū. Ducē omniū nationū z p̄ncipē fecit. nec est aliqua natio q̄ saluari possit nisi sequat fidē nostrā. ecce scōm xp̄ianū quotidie vsq; ad cōsummationē seculi cibat z reficit. nō carnibꝫ thaurinis aut caprinis. sed corpe xp̄io. z dignissimo potat nos sanguine. ecce tertiū. Que em̄ natio que habeat deos appropinquātes sibi. sicut adest nobis dñs deus noster. De illis bonis quibꝫ debemus eū sp laudare quidā maledicti ribaldi xp̄o ꝓtumeliā inferūt deo z bñfactori suo renouādo p blasphemiā vulnera xp̄i z crucianonē. Auguſt. sup illud Matth. xxvj. blasphemauit. Nō minus peccāt q̄ blasphemāt xp̄m regnātē in celis q̄s qui crucifixerūt ambulantē in terris. ad Heb. vj. Rursum crucifigētes in semetip̄is filiū dei. vbi dicit glosa. Non q̄ crucifigāt filiū dei. sed q̄ similes sunt crucifixoribꝫ. Crucifigūt aūt in semetip̄is. i. q̄tū in ip̄is est. Sicut igit̄ iudei audita blasphemia p̄ dolore sciderūt vestimenta sua. sic xp̄ian⁹ vt nō pdat meritū passiōis debet scindere vestimēta male ꝓsuetudis. z linguam refrenare a blasphemijs.

℣ Tertia pars in qua

notat̄ fructuosa plenitudo passionis xp̄i. ibi Ipe aūt vulneratus ē z̄c. Pro q̄ notanduꝫ q̄ p passionē z vulnerationē xp̄i sum⁹ consecuti pfectā liberationē z ois periculi euasionē Ideo ꝺr de angustia z̄c. Et ꝝ p eū q̄ est filius dei. cuius generatio rōe eternitatis nō habz finē. iō dicit. generationē eius q̄s enarrabit. q̄si. d. nullus. Et ille ꝺr abscisus p mortē de terra viuentiū. qui supple est patris dei ꝝbū Sed q̄re. nō ꝓpter se. q̄ innocēs est sed ꝓpter scelus pl̄i mei. id est generis humani pcussi eū. s. p̄missiue. est vox patris. Et quia ipsi iniuste eū. s. ex inuidia pcusserūt. dabit deus pater p vindicta eosdē impios iudeos in manꝰ romanorū. s. vt ip̄os capiant z teneant p sepl̄tura sua. i. ꝓpter mortē xp̄i quē nudū z spoliatū mori fecerunt innocēter. eo q̄ iniquitatem nō fecerit z̄c. Tamē illo nō obstante. id ē xp̄i innocētia. dñs. s. pater voluit eū ꝓterere supple p mortē z angustiā passionis z infirmitatē carnis assumpte quia si xp̄us. id est filius dei posuerit aiam suā id ē vitā p peccato hoīs videbit semē longeuū. scz ad finē mū di. filios z filias ꝓgregabit. Exemplū sicut granū frumēti z̄c. Johan. xij. Et voluntas dñi. i. dei patris in manu eius. i. opatiōe xp̄i diriget. z totaliter ip̄lebit̄ p eo q̄ tradidit se spontanee in mortē. z q̄ a iudeis cū sceleratis quasi re⁹ reputat⁹ est. z tñ peccata multoꝝ tulit. id est sanguine suo lauit. Insup p transgressoribꝫ. id est crucifixoribꝫ in cruce orauit dicens. Pater dimitte illis. vt nō perirēt z̄c.

